




UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Sanctuario Lavretano Almæ Virginis Domo Relatio

Bartoli, Baldassare


Macerata, 1675

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64934)





N
1
9

Th. 50-04.












SACROSANCTA
NAZARETHI DOMVS

Diuinitus è Galilæa per An-
gelos, superata Syria, Ma-
cedonia, Epyro, & Illyrico
ad milliaria Italica 1895.
aduecta Tersactum, illinc
deinceps super Adriaticum
ad milliaria 135. Lauretum.



D E
SANCTVARIC
LAVRETANO

ALMÆ VIRGINIS DOMO

R E L A T I O

Italice edita idioma, & in Latinum conuersa
à Balthassar de Bartholis honorario
Capellano

Sereniss. Ducis, & S. Rom. Imperij
ELECTORIS BAVARICI,

D I C A T A

Emin. Principi D. Cardinali
PALVTIO DE ALTERIIS
ANNO IVBILÆI SACR. RESERATO
A CLEMENTE X. P. M.

Lauretano Antisite

HYACINTO CORDELLA
FIRMANO,

Præside Almæ Domus Moderatore

IOANNE BVSSIO ROMANO,

Veriusq; Signaturæ Referendario.

Collegij S. Mariæ i. e. p. ad S. Bononiam.



MACERATÆ, Typis Iosephi Piccini. 1675.

superiorem Permissu, & Præuilegio.

SAIYUVA

LAVRBTAY

AIME VIRORIS

RETO

Italo...

...

...

...

ELECTORIS

...

...

...

...

A CLEMENTIS

...

HVICINTO

FIRMANO

...

...

...

...

...

...

...

C
a
e
f
f
a
D
n
bi
re
fr
la

Eminentissimo, ac Reuerendiss.

P R I N C I P I

F O E L I C I T A T E M.



V M excelsa San-
ctuarij Lauretani
monimenta, in
compendium re-
dacta, typis depromantur,
alieno fortè patrociniò haud
egent, nam veritas à me
sincerè esposita, ab iniurijs
se ipsam tuetur, meumque
animum, vtpote ad solius
Dei gloriam propensum,
nemo increpare iure aude-
bit. Non abs re tamen di-
rexì consilium, vt in eorum
fronte tuum nomen virtutis
laude, ac dignitate conspi-

A 3 cum

cum eluceat, nonne Eminentia Vestra, tanquam
Almæ Domus Patronus, tua,
quæ sunt, recognoscat, &
huic libello tantum lucis afferat,
vt ad illum animorum
acies se se flectant, fructum-
que aliquem ex eo percipiant?
Styli humilitas illum in me
tepefacere haud potuit zelum,
& ardorem, quo Fideles ad
Lauretanae Dei paræ prosequendum
cultum vt prouocentur, inflam-
mentur, semper efflagitaui.
Huc mea vota collimarunt.
At vbi innotescat hoc mei
paruum opus prodire sub au-
spicijs Eminentia Vestrae,
Sedis Apostolicæ rerum quo-
que

que maxima gerentis, omni-
 bus gratum, & acceptum fo-
 re mihi polliceor, tutaq; eri-
 gor spe, cœteros quoque à
 tuo graui iudicio non esse
 dissensuros, sed tuæ pietatis
 exempla imitaturos. Ego igi-
 tur, Eminentiſs Domine, pre-
 cibus tecum non ago humi-
 libus, vt animus tuus meum
 intra obſequium ſe conti-
 neat, nam de tua benignita-
 te ambigere non poſſum,
 dum tuas prætereundo lau-
 des, me tuam proſequi vo-
 luntatem perpendo. Cœte-
 rum ſi aliquãdo à rebus maxi-
 mis, tuæ prudentiæ commen-
 datis, te auocabis, hæc, quæ
 deuoto animo tuæ benigni-

8
tati offero, ad manus aduo-
care non dedignaberis, &
quamuis pertenua quidem
sint, rogo, atq; iterum obni-
xe rogo, vt perlegere velis,
etenim non elocutionis pō-
pam, sed celeberrimi San-
ctuarij præstantiam, & digni-
tatem notam facere mihi
suasi. Eadem Virgo, cuius
gloriam semper inquiris, diu-
te seruet incolumem, cumu-
let meritis, augeat bonis,
prouehat honoribus. Et
meam erga Eminentiam
Vestram humillimè reue-
rentiam comprobo.

Laureti Kal. Augusti An. Dom. 1675.

Balthassar de Bartholis

10-
&
n.
ni-
s,
o-
an-
ni-
hi
ius
diu
nu-
s,
Et
m
ae-
olis

PIOLECTORI.



*Vereor quod sentio ,
ut nemo sit , qui
de Virgine Deipa-
ra effari velit , non
trepidat , non horrescat , ego au-
tem huic voluntati haud sponte
me subijcio , nisi Cœli præsidio
fretus , & quamuis ob me in-
dolis imbecillitatem inhabilis , &
indignus mihi videar , amore
tamen , zeloq; motus , ad multo
amplius Sanctuarij Lauretani
excelsa monumenta enarranda ,
hoc opusculum edere sum ausus ,
quò Fideles alacriore pietate pro-
sequantur illam Sacram Ædificu-
lam , quam Iesus , dum Deus ,
& Homo in terra vivebat mor-*

A 5 talis,

talis, habitauit cum Virgine
 Madre, & voluit, ut ab An-
 gelis è Palestina, & Barbaro-
 rum manibus arrepta, dono Re-
 ligioſe daretur Europæ. Si au-
 tem Benigne Lector hæc enarra-
 tio caret eloquentia, nec laudis,
 nec ignominie modus eſt, nam
 Plinio teſte, hiſtoria quoquo
 modo delectat. Te enim oro,
 ut Sanctuarij celeberrimi ma-
 gnitudinem malis attendere,
 quàm eloquentie fucos, ac ni-
 torem, quem equè reſpuit lo-
 ci Sanctitas, ac narrationis can-
 dor. Si trahendus es, te trahat
 deuotionis ardor, te moueat Sa-
 crarum ſeries, hæc iucundita-
 te, illa pietate moueat animum.
 Et vale.

SAN.



SANCTVARIII
LAURETANI
THEATRVM,

*In quo Dei, Deiq; Matris mysteria
proferuntur.*



LVRA quidem iamolim,
ac nuper vernaculo, la-
tinoq; sermone de Alma
Lauretana Domo tradi-
derunt Historici, pluriq;
ma tamen desiderantur, quæ memo-
ratu digna, nec antea ab alijs exara-
ta, hic modo strictim produuntur.

Primo igitur afferendum in me-
dium est, quod ex piorum, & uni-
uersorum sententia verum habetur,
& indubitatum, hanc Almam Do-
mum eamdem esse, ac illam, in qua
Reparationis humanæ iactum fuit fun-
da-

dameatum, cum Verbum Caro factum
est, & habitavit in nobis. Proinde
Numinis Aula, & Nazarethi de-
cus euasit, modo Laureti, Italiaeque
splendor, & Celi Porta in Piceno ab
Altissimo mortalibus constituta, toto
ab Orbe Catholico pietate visitatur,
& lacrymis veneratur.

In ea, vt Euodij; Nicephorieque ha-
bet assertio, non nulli vetustae legis Pa-
triarchae duxere vitam. Coniuges
deinceps Ioachimus, & Anna (ista
Bethsalemita, ille Nazarenus) sicut
in *Hist. Eccles. lib. I. cap. 10.* in Iudaea
commotantes, Nazarethum ob immi-
nentis bella remearunt, vbi Aedis, de
qua agitur, hereditariam adierunt
Possessionem, ac domicilio firmato,
gratiam acceperunt, vt precibus ac-
cedentibus, Anna viginti annorum ste-
rilitatis exueret mœstitiam, & letam
fecunditatis indueret vestem. Diuinis
enim aucta muneribus, anxia expe-
ctatione inenarrabilis claritatis pepe-
rit filiam, & iactitiam patris ingen-
tam; Foelicissimi proinde germinis
votiva gaudia meditates, nomen ei
imposuerunt Mariae, quae a sua pue-
ritiae

ritiæ finibus, plusquam humana vit-
tute concurrente, signa puritatis, pie-
tatisq; edidit mirabilia.

Trium iam annorum erat, quando
à Parentibus, antequam nata Deo di-
cata, Hierosolymam ducta fuit, in
cuius ædibus ad vñdecim alios enutri-
ta, & Virgines inter innuptas diuersata,
virtutum omnium, ad quas vñice pro-
na fuit, speculum se præbuit. Cum
corporis, animiq; dotibus emineret,
omnes admirabantur, periude ac si
aliquid diuinitatis in ea fuleret.
Parentes vero post reditum in Pa-
triam cum Iosepho diuinitus Mariæ
designato sponso, paucos intra dias,
teste Andrea Cretensi, occubuerunt,
etate Ioachimus annorum octuagiu-
ta, & Anna vno minor, mors au-
tem, quæ omni proxima est etati, &
nulli huius tributi immunitas datur,
minime tristitiam eis attulit, sed in-
gentis potius ætitiæ causa fuit, non
tam ob spem Paradisi gloriam adipi-
scendi breui, quam ob filiæ dilectæ
Mariæ Sponsalia cum Iosepho Contri-
buli suo, Sobrinoque carissimo cum
quo in hac sacrosancta domo, vt ait

Ber.

Bernard. Hom. 30. ei dotis nomine assignata, cohabitavit, & virginitatis laudem seruauit. Sic in utroq; Coniuge, licet Sponsus ætatis quadragessimum ageret annum, & Sponsa decimum quintum non adimpletum, paruit pudicitie sinus, sicut de Beata Virgine legitur sacris in verbis, efficiaris grauida, & eris mater semper intacta, deq; Iosepho. Iste Dominam suam Domini sui matrem agnoscens, & ipse continens fideliter custodit.

Considerandum est enim, veluti grauissima Patrum accedunt testimonia, tantam gratiam Iosepho fuisse infusam, vt Dei Custodis, & putstiuui Patris dignitatis priuilegio decoratus diceretur, & crederetur; Insuper tam a Deo, quam a Virgine Patris titulum obtinuisse indubitatum Euangelicæ veritatis oraculum indicat his verbis *Luc. cap. 2. Ecce pater tuus & ego dolentes querebamus te, & honorari a deo meruit, vt sibi desponsaretur Maria, nè a Iudeis, vt Hieronymus in Matth. capite primo fecunditatem eius (quamuis immaculatam) aspicientibus, iuxta legis de-*

creata

creta lapidaretur, vt adultera.

Diuina fuit prouidentia constitu-
tam, vt Sanctissimæ Incarnationis
mysterium Diabolo cælaretur, absur-
dum enim ducebatur, vt ei retegere-
tur, quod nec dum Iosepho erat aper-
tum, qui suam Sponsam inspiciens
habentem in vtero, anxius, & sibi
metuens, dum vitam Virginalem
(Deo dicatam) secum agebat, inter
varias animi perturbationes fluctua-
bat, nec secus Maria, quæ Sponsam
intuens agitatam, & Arcana Supe-
rum ei researe nequens, torqueba-
tur; Iosephus tandem acrioris doloris
æstu impulsus, vt ex Sacro Codice no-
tum, voluit occulte dimittere eam, &
hæc eo cogitante, *Ecce Angelus Do-
mini apparuit in somnis, ei dicens, Ioseph
fili David noli timere accipere
Mariam Coniugem tuam, quod in ea
natum est, de Spiritu Sancto est.*

Quatenus autem Sanctissimæ In-
carnationis luminis ignarus esset De-
mon, Martir Ignatius in Matth. cap.
I. ait; *Vt partus cælaretur Diabolo,
dum enim putat non de Virgine, sed de
Vxore generatum.* Et Diuus Zeno,

Chri-

Christus latenter intravit in Mundum, ne sibi sapiens Diabolus videretur, ut quemadmodum homo in Paradiso non cognoverat Diabolum, sic Diabolus non cognosceret Christum.

Enimvero Lucifer anceps, atque vndans animo quid hominis esset Iesus, aut quis operum eius futurus exitus, angebatur, ac librans ex vna parte eius Divinitatis gesta, ex altera ortum in Tuguriolo Betheslemico a paupercula Nazarena vna mortalium, rebus hisce perplexus, qui preferre nesciebat. Cœterum quæ illius eo longius excitabant animum, duo sibi inhærebant, primum eius Nativitati Choros Cœlestes turmatim adfuisse, iterum ad ætatem proventum quadraginta dies, noctesque in solitudine ieiunantem (re potius diuinitus, quam humanitus accepta) se prospexisse. Cum enim nulla sibi quam hæc agitatio, esset molestior, & audax sit dolor, & indignatio loquax inquit. Prothæus an erit? mirabile quidem ut ipse formam sumat multifariam, semper nuperam, semperque mutatam, & ego a spe deiectu suam

suam nec naturam, nec potestatem,
 detegere valeam. Ac prorsus humani-
 tatis Christi deceptus tenebris, impijs-
 que implicitus curis eadem hora, qua
 de patibulo pendeat, eum apud
 eandem summam, sempiternamque
 Sapientiam de ijs, quæ in terris gesse-
 rat, tanquam sireus esset, veritatem
 redderet, criminari attentavit. Aser-
 tio est Iohannis in XIV. *Venit enim Prin-
 ceps Mundi huius, & in me non habet
 quidquam.* Et quamvis in Evangelio
 feriæ quintæ infra hebdomadam ter-
 tiam quadragesimæ habeantur illa
 verba, *non sinebat ea loqui, quia scie-
 bant esse Christum.* Cornelius à Lapida
cap. 1. vers. 34. & cap. 3. vers. 11. &
*12. ait in Marcum. Dæmones eum
 agnouisse arguitinè ex tot, tantisque
 miraculis, quæ vera faciebat, &
 erant. Lucifer tandem maiori sua pæ-
 na ad Deitatem agnitionem se flexit,
 & fassus est verum, & indubitatum
 Dei esse filium, cum crucifixum, mor-
 tum atque sepultum, ad tenebras de-
 scendisse aspicit, ac solatis inibi Pro-
 phetarum, aliorumque Sanctorum
 animabus, in sui Ascensione eas per-
 duxit*

SANCTARII

dūxisse ad Cœlum, quod à præuacatione Adami obstrusum, Iesus ipse suo sanguine fuso, fidelibus reserauit.

Qualis autem esset Iosephi origo Euangelistæ Matthæus, & Lucas plene docent, eam à regia familia deduxisse Dauidis, cui Deus benignè ait se in Virginis utero de sua prosapia fundamentum generationis humanæ positurum. De eodem germine regni germinabat Maria, cuius Natalium nobilitas, ut asserit quidam Eruditus in oratione de eius laudibus, quadripartita spectatur. Maiores primum fuere, quos Patriarchas vocamus, id est Abraham, cui Deus de fœmore suo Messiam promiserat, Isaac eius filius, & ingens ille Patrefamilias nomine Iacob, qui duodecim filios cum Nepotibus habuit.

Sequuntur Reges, qui teste Stephano Lusignano in Catalogo virorum Illustrium veteris, & noui testamenti fuere Dauid, Salamon filius, Abias nepos, Afa pronepos, & alij.

Ex Imperatoribus, seu Exercituum Ducibus Moises, Iosue, Gedeon, & alij.

Quarq;

Quarta est series longa Pontificum,
 & Ierarcharum Achimelech Sacerdes
 Magnus, Amasa filius Abigail sororis
 Davidis, Amon filius Manassæ Rex
 Iuda, Benjamin, Heliachim, & alij,
 quorum non nulli erant Sacerdotes, &
 Principes, quoniam omnes Hæbreo-
 rum primogeniti erant Sacerdotes.
 Meritissimo igitur, ut Maria, que
 magnum eundem Regem, eundem
 Sacerdotem erat paritura, a Regibus
 per patrem, a Sacerdotibus per ma-
 trem nasceretur, & ad summum om-
 nibus decorata virtutibus, Deima-
 trem, ac Nutricem esse; ac sicut
 Ioannes Euangelista cælesti calamo
 eam depinxit, Stellis duodecim coro-
 nari, Sole amicti, & Luna calceari
 meruit, nimirum hæc illa erat habita-
 tio, quam Sapientia sibi paravit ante
 secula. Ita decebat, ut habitationem,
 ad quam Rex ille sempiternus erat de-
 scensurus & tot menses habitaturus,
 cælestibus peristromatis, & sydereis
 tapetibus exornaret, idest in terris al-
 terum Cælum sibi fabricaret, in quo
 factus hospes diuersaretur pro digni-
 tate.

Post

Post hæc autem prosequi, & dicere
 iuuat, quod Maria, dum orationes
 nocturnas fundebat, & Prophetie
 Isaia illa verba impolluta Virgo con-
 cepit, & pariet filium, qui cognomi-
 nabitur Iesus, & erit Deus, mente per-
 pendebat, & conferebat in Corde. Vti
 nam hanc puellam, Cœli benedictio-
 ne perfusam, videre possem, o quam
 bone Deus cumulata donis mea fœli-
 citas, si mihi hæc tuam famulam non
 tam cernere, quam obsequio prosequi
 mihi daretur. Ea exinopinato adesse
 sibi videt Alitem Dei Nuncium Ga-
 brielem, qui virili iuuenili forma,
 vultu conspicuo claroq; amictu, nun-
 ciauit ei verba, vt ex *Luc. cap. 1.* in
 humilitate adeo profunda, vt virtus
 maiora d'promere neutiquam posset,
 nec similia quouis modo, ac tempo-
 re prolata fuere. *Aue gratia plena
 Dominus tecum, benedicta tu in mulie-
 ribus, & Virgo robore suffusa, perti-
 nescens de lumine, turbata est in ser-
 mone eius, & cogitabat qualis esset
 ista salutatio. Angelus enim ait. Ne
 timeas Maria innenisti enim gratiam
 apud Deum, concipies, & paries Deum,*

& hominem, vt benedicta dicaris inter
 omnes mulieres, ac ipsa: Quomodo fiet
 istud, quoniam Virum non cognosco? An-
 gelus ieravit. Spiritus Sanctus superue-
 niat in te, & virtus Altissimi ob umbra-
 bit tibi, paries quidem filium, & Virgi-
 nitatis non patieris detrimentum, effi-
 cieris gravida, & eris mater semper
 intacta. Virgo demum inquit: Ecce
 Ancilla Domini fiat mihi secundum
 verbum tuum.

His prolatis verbis protinus Spiri-
 tus Sanctus superuenit, infuditque
 eius animæ super plenitudinem gratiæ,
 qua propter sicut in Ioan. cap. 1. Ver-
 bum Caro factum est, in eius Aluo pud-
 cissimo, adeout teste Suario, cui a-
 liorum astipulatur fides, Beatissima
 Virgo eo temporis momento clare
 vidit Deum, & Angelum; & beati-
 tudine fructa est in Nazareno Cubicu-
 lo, quod ratione misterij terrestris Cæ-
 lum evasit, nec sine hominum iucun-
 ditate, teste Ioanne Evangelista. In
 hoc apparuit charitas Dei in nobis, quo-
 niam filium suum Unigenitum misit in
 mundum, vt viuamus per eum.

Cum tale, ac tantum sit Divinæ In-
 carna-

carnationis mysterium, & multifar-
 riam, multisq; modis reuelatum, ser-
 mone humano, quo illustretur, non
 eget; cœterum ad assequendam pie-
 tatem peregrinorum, Quibus nosse
 mysteria in Lauretana domo patrata,
 cupiditas est, non abs re fieri vide-
 tur, vt Vincentij Bruni de Societate
 Iesu in diuæ Mariæ festiuitatum me-
 ditationibus puncto primo proferun-
 tur verba, quæ eiusmodi sunt. Rex sa-
 piētissimus Salamon ponderans ex vna
 parte pœnam, quam Heua nostri ge-
 neris mater propter sui leuitatem ani-
 mi Mundo attulit, dum spreto Dei
 præcepto, quod sibi exequendum ve-
 nerandum erat, Virum quoque alli-
 ciendo introduxit mortem, occlusit
 Cœlum, ac se ipsam totamq; sui po-
 steritatem eternæ subegit execrationi
 ex altera spiritu prophetico, prospici-
 ens aliam in Orbem terrarum ven-
 turam mulierem, quæ factis, & po-
 tens sicuti Deus pollicitus erat, vita
 causa hominibus fieret, & Aduersa-
 rius, qui per vnā mulierem vixerit,
 per aliam vinceretur, magna affectus
 admiratione ait. Hanc igitur mulie-
 rem

re-
 let
 sal-
 tut
 pe-
 ph-
 m-
 ta
 ha-
 ve-
 ce-
 lie
 ba-
 m-
 fu-
 Sp-
 va-
 ve-
 tu-
 ra
 le-
 st-
 v-
 (sa-
 id-
 u-

rem

rem quis inueniet? ferme dicere vel-
 let, & in manu eius si posita nostra
 salus, nostra reparatio, gratiæ resti-
 tutio, & contra hostem victoria, ex-
 pedit, vt fortis sit, & potens; Ac pro-
 phetizans iterauit procul, & de vlti-
 mis finibus pretium eius. Cum autem
 tam magnum pretium super terram
 haud inueniendum esset, sed de Cœlo
 venturum, letare Salamon, ac tecum
 congaudeat totus Orbis, hæc vna mu-
 lier ab Angelo Gabriele reperta est.

Nicephori, Euodijq; fide compro-
 batum est, Mariam quartum post
 mensem à discessu Hierosolimitano
 fuisse ab Angelo salutatam, diuinoq;
 Spiritu obumbratam, qua verò hora
 variè opinantur scriptores, non nulli
 vespertina, alij nocturna, alijq; ma-
 tura. De vespere tradit Bonauentu-
 ra, in cuius vita legitur, vt ad reco-
 lendum diuinum Annunciationis my-
 sterium, & Virginem Deiparam
 verbis eisdem salutandam Angelicis
 (Pontifice Maximo annuente) pul-
 sata Campana darentur: signa hoc
 idem habetur in Minorum Obseruan-
 tium Breviario feria sexta infra octa-
 uam

uam eiusdem Seraphici Doctoris his
 verbis. Item etiam piissimus Cultor
 Gloriosa Virginis Mariae Matris Iesu in
 stituit, vt Fratres Populum hortaren
 tur ad salutandam eandem signo cam
 pane, quod post Completorium datur,
 vt creditur ea hora ab Angelo salutata.
 Beatus autem Albertus refert, summo
 mane signo campanae habetur Angeli
 ca oratio, ea quippe hora Virgo fuit
 diuino lumine salutata, quouero ad me
 ridianam, hac pacis obtinenda publi
 ca, studio Ludouici XI. Galliarum Regis
 fuit instituta. Ita etiam Gilbertus Ge
 rebrardus Theologus Parisiensis, &
 Regius Diuinarum litterarum mosar
 carum Doctor peruissimus affirmat,
 & ait Ludouicus XI. Francorum Rex in
 stituit, & hora meridiana sicuti mos
 erat ad Vesperam, & ad pulsum Cam
 pane quilibet & Populo Virginem sa
 lutaret Angelica oratione causa publi
 cae pacis, id fieri ceptum est anno Re
 demptionis 1472. prima May. Hinc
 Silvester Petrasancta tradit. Nos in
 terim ter quotidie admonemur, vt im
 plorare, ac venerari eandem Virgi
 nem debeamus, Vespere quidam ex

pia

pia institutione Sancti Bonaventura,
 quod persuasio fuit, ipsam eo temporis
 vestigio fuisse à Sidereo Internuntio sa-
 lutatam Meridie insuper pacis obti-
 nendæ publicæ, quam consuetudinem
 induxit Ludouicus XI. Galliarum Rex.
 Mane item, vt eius ope lucem auspi-
 cari sanctius, & religiosius mereamur,
 propter eius filij resurrectionem, tunc
 ei apparentis vix à morte reuocati.

Fas est, mos immo Sacris Scripto-
 ribus, vt ea, quæ sensu comprehen-
 dunt, vt par est, ad pietatem dirigant:
 Reliquum verisimile videtur, & cre-
 ditur annunciatam esse Virginem ho-
 ra, qua intempesta nocte edidit hu-
 mani Generis Deparatores, ita
 enim nouem mensium adamussim
 componitur terminus, à die nimi-
 rum vigesima quinta Martij ad vige-
 simam quintam Decembris, magisq;
 colligitur à Sacrorum Interpretum
 sententijs, Christum, qua hora na-
 tum, quoque esse Incarnatum, vt ex
 sacris verbis. *Dum nox in suo cursu
 medium iter haberet, Omnipotens ser-
 motuus de Cælo à regalibus venit.*
 Quod vero Angelicæ orationes sint

diversimode præstituta, parum, ni-
 hil ne interest, omnes enim ad Virgi-
 nem Deiparem se referunt, & consen-
 taneum videtur, vt in silentio noctis
 profundiore Virgo parens preces, &
 pia vota effunderet Altissimo, teste
 Suario, Dei famulis morem esse, plu-
 res in orationibus nocturnas horas,
 quam diurnas, & vespertinas con-
 terere.

Sequitur inde quod immaculata
 Virgo a Spiritu Sancto fecundata,
 Deoq; grauida, vt Sacro ex Euange-
 lio in *Luc. 1. 4.* *Abijt in Montana cum*
festinatione, in Ciuitatem Iuda, quo
 pedester aduenta quatrinduo, intrauit
 in domum Zacchariae, & salutauit
 Elisabeth, vtraq; verò ruit in ample-
 xus, qui quales, & gaudia quanta,
 qualeq; mysterium, patet illis in sa-
 cris verbis, & vt facta est vox exulta-
 tionis, Vetula verò repleta Spiritu
 Sancto, sentiens suo in vtero Infantem
 Præcursores de Deiparæ Virginis ac-
 cessu, cœlestiq; fecunditate in eius
 aluo, exultantem, exclamauit voce
 magna, & dixit. *Benedicta tu in mul-*
lieribus, & benedictus fructus ventris

tui

ni tui, & vnde hoc mihi, vt veniat ma-
 irgi ter Domini ad me! Maria vero homi-
 fen litate profundior, charitate arden-
 ctis tior, Deo exoluens benedictiones,
 , & promptis illud profundissimum Can-
 ste ticum..

plu Magnificat Anima mea Dominum, &c.

con
 ta I Tidemq; Zaccharias letitia perfu-
 ta sus ob filium, de Christo è Celo
 nge in Terram venturo, vt præconia fa-
 cum ceret, Canticum protulit.

quo Benedictus Dominus Deus Israel, &c.

avit
 avit
 ple V Irgo demum quasi tribus mensi-
 bus inibi commorata, dum
 Nazarethum repetere cogitat, à sene
 a fa Zaccharia Altissimi Sacerdote, & ab
 ulta Elisabeth tanquam Vetula, & Præ-
 iritu cursoris Matre, benedictionem flexis
 rem genibus petit. Ad paternam reuerfa
 s ac domum, cum suæ fecunditatis octa-
 eius uum mensem geret, & puerperium si-
 voco bi appropinquaret, Suburbium Be-
 m theleemiticum hiemali aduersante
 ntris asperitate proficisci cogitur, Principi

Romano paritura , vt in *Luc. 2. Exij*
Edictum à Cesare Augusto , vt descri-
beretur Vniuersus Orbis . Omnes quo
 circa Romano Imperio subiecti , ac
 Civitates , & loca , in quibus orti fue-
 rant , se conferre obstringebantur ,
 quo inferuat Scriptores Iosephum Be-
 theleem ita esse , & ex Patria decessisse
 ob bellorum sæuitiam , ob Romano-
 rum dominantium tyrannidem , ob
 vectigalium impositionem minus fe-
 rendam , seu ob aliquid huiusmodi
 & in Galilæam perrexisse sub Herodis
 Dominatu , quò tunc illam Prouin-
 ciam regebat , illumq; Hebrei æquo
 rem erga se , quàm Romanos Procon-
 sules censebant .

Bethleemiticum iter dum Iosephu
 aggreditur , Sponsam , quam vnice
 diligebat , A sello vehi tuto sollicito
 Ruduit , bouem venalem duxit , vt a
 impensas in peregrinatione faciendas
 tributaq; soluenda Celari , pretium
 ex illo colligeret .

Illuc duro itinere (sed vicit durum
 iter pietas) cum peruenisset , diuer-
 sorium magnam ob hominum con-
 fluentiam neutiquam habere potuit ,

nec

Exij nec Suburbium tantæ gentis copiarum ca-
escri pax, humili, patientiq; animo in
quo Tuguriolum propè munia positum,
, al se cum charissima Sponsa recipere
i fue oportuit, ac in eo Beatissima Virgo,
ar, vt in *Sap. 18. Dum medium silentium*
n Be tenerent omnia, in lucem edidit totius
ffisse Orbis Reparatorem, què linteolis in-
mano uoluit, & inter Acellum, Bouemq; in
, ob Præsepio paleis, fenoq; strato reclina-
as se uauit, coluit, adorauit. O magna
odi misteria, ò mirifica sacramenta, vt
rodis animalia viderent Dominum natam,
ouin- & dum Cælo grata semper fuit humi-
quio litas, ipse Deus, & homo inopem
o con- optaret matrem, viles ædes, & Cunas.

ephu Mirabilis profecto est Virginis par-
nice tus, vnde Petrus Pichius Ordinis
llicit Prædicatorum Sacræ Theologiæ Ma-
vt a gister, & in Alma Vrbe ad Hebræos
ndat Concionator hæc ait in *Cap. 1. de*
etium Virgine nasci Christum oportuit, nam
urum communi aliorum hominum ordine si
diuer nasceretur, peccati originalis macu-
con la inquinaretur, cum omnes, qui ta-
ruit li modo in lucem prodeunt, peccato-
ec res nascantur, sequitur præterea ex
 hoc Virginis partu, vt salus, quam

hominibus attulit, non terrena, ut faci-
 cxi Iudei expectantes errant, sed Re-
 cœlestis, & spiritualis futura, unde &
 est, quod nē peccator nasceretur, ex
 incorrupta muliere oriturus erat, si sic
 enim peccati maculam contraxisset, ca-
 minimē peccatum redimere valuisset, di-
 & cum ex Virgine nasci debuerant, sic
 Deus ipse futurus erat Messias, qui no-
 propter nos homines, & propter no- ste
 stram salutem de Virgine nasci digna- ne
 tus est, ut nos à Diaboli potestate di-
 eriperet, & in Dei Regnum, & Glo- ge-
 riam transferret. m-
 tra

Explorata res est, mirabilia in Re-
 demptoris Natiuitate aduenisse Acha-
 iæ Delphicum Oraculum responsa Cl-
 reddere desijt, Romæ hyemali tem- du-
 pore, perinde ac si verni dies florue- m-
 runt, Romuli, Remiq; simulacra la- ph-
 pidea à fulgure diruta sunt; Senatus Ca-
 tabellæ, ita decoloratæ, ut nemo de- as-
 hinc eas legere potuerit, Olei fons in- te-
 super effluxit, cuius hodie in Templo et-
 Diuæ Mariæ ad Transtiberim maio- di-
 rem prope Aram aspiciuntur vestigia. ha-
 Prodigia visa sunt, quæ forte præsigna- ac-
 bant Rempublicam Romanam labe- G-
 fa-

factandam; Eius idola deprimenda,
Romam autem Ecclesiæ Principatu,
& Christi Vicarij sede potituram.

Quæ Ferrarum Orbis ætate natus
sit Iesus, sane docet Euangelista Lu-
cas, Septuaginta quinque ab Adami
die dinumerantur generationes, fu-
susq; patet in Martirologio Roma-
no, & à Hieronymo refertur in Epi-
stola CXXV. ad Damasum quæstio-
ne prima his verbis. *Insignitur illa
dies quinquies supramillesimum nona-
gesimum annum, & centesimus septi-
mus erat, quo imperiosa Roma ex-
tructa fuerat.*

Intermirabilia, quæ in Natiuitate
Christi euenerunt, haud est relinquen-
dum mysterium Stellæ, quæ tribus
magis apparuit in Oriente; Philoso-
phi nempe, ac sapientes ijerant, nam
Caldeorum mos fuit, vt Regni solium
ascenderent Viri, prudentia, virtu-
teq; insigniores, quales erant prædi-
cti Magi, exorti iuxta Scriptorum tra-
ditiones à Prophetæ propagine Ba-
halam, qui magni, altissimiq; Regis,
ac totius Orbis Domini aduentum
Gentilibus prædixit. Magna igitur

æstuantibus expectatione , apparuit
 Stella illustrior cæteris , pulchriorq;
 sideribus , quam Magi videntes di-
 xerunt ad inuicem . *Hoc signum ma-*
gni Regis est eamus, & inquiramus eum.
 Illaq; præeunte Hierosolymam con-
 tenderunt Herodes autem Iudææ Præ-
 ses suspicatus est natum esse , qui sibi
 Regnum rapere potuisset , turbatus
 est , ac de terreni Regni amissione
 sollicitus clam vocat Magos , quibus
 diligenter ab eo fiscitatis, vt audiuit
 eoq; Magis Scribarum interpretatio-
 ne accedente de loco, vbi Messias
 esset nasciturus , dixit , vt in Sacris
 verbis, *Ite, & interrogate diligenter de*
puero, & cum inueneritis, renuntiate
mibi, vt & ego veniens adorem eum.
 Stella interim , ex Maldonato *cap. 1.*
vers. 10. euauit, nec conspectui se de-
 dit , donec Magi de Ciuitate egrede-
 rentur, & Bethalem proficiscerentur,
 quò de Orientali Regione terdecim
 dierum itinere appulsi , intrantes do-
 mum (quæ licet vilis, quodam tamen
 horrore venerabilis, & Cœli tanquam
 Aula nitebat) sicut in *Matth. cap. 2.*
Inuenerunt Puerum cum Matre eius, &

pro.

ruit
 orq;
 di
 ma
 um.
 con
 Præ
 sibi
 arus
 ne
 bus
 iuit
 tio-
 ffias
 cris
 r de
 iate
 m.
 . I.
 de-
 e de-
 tur,
 cim
 do-
 nen
 am
 . 2.
 s, &
 z

procidentes, Dominum adorant, Dei-
 param implorant, muneraq; pretiosa,
 aurum, thus, & myrrham offerunt, &
 eum prædicant in auro Regem, in thu-
 re Deum, in myrrha mortalem, & ne
 redire ad Herodem debeant in somnis
 admoniti, per aliam viam reuersi sunt
 in Regionem suam; Ita fit, vt Hero-
 des Iesum, quem quærit, inuenire
 non possit; Demum illusum se cogi-
 tans, furenter irascitur, & in puero-
 rum innocentiam cædem intendit ani-
 mum, quocirca vt ex Maldonato in
Matth. cap. 2. vers. 3. recessis magis,
 Angelus Domini in somnis apparuit
 Iosepho, cui ait, *Tolle puerum tuum
 cum Matre eius, & vade in Ægyptum;*
 Maria vero Christi filij vestigijs inhæ-
 rens, dum Circumcisioni se subiece-
 rit, non aliter quam aliæ mulieres,
 ipsa etiam haud abhorruit, quamuis
 intemerata à Purificationis lege pro-
 pterea quod & ipsa, & Iosephus
 quamuis de Herodis immanitate cer-
 tiores redditi, diem post septimum &
 & vigesimum, quo Magi adorauerunt
 Dominum, vt legitur in *Sacro Codi-
 ce*, & fertur à Maldonato in *Matthæ*

cap. 2. vers. 7. Tulerunt Iesum in Hierusalem, vt facerent secundum consuetudinem pro eo, & petentibus Templum occurrit ille senex, iustus, ac timoratus nomine Simeon, qui expectans redemptionem Israel, responsum accepit à Spiritu Sancto non visurum se mortem, nisi videret Christum Domini. Contemplatus ergo Deiparæ, filijq; maiestatem, humiliter petit à Matre, vt amplexibus vnigeniti sui dignus efficeretur, & cum in Vlnas accepisset, aliquantulum respiciens illius Diuinitatem, quam veneratus est, præ gaudio protulit Canticum.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Seruato, quod in lege scriptum est, oblati q; pro Iesu Infante à Maria, tanquam paupercula, duabus turturibus, totidemq; columbarum pullis, Nazarethum repetunt, deinceps Angeli monitus satagentes, iter aggressi sunt in Ægyptum, nam gladio inhumani Herodis sæuiente, terra innocentium Beatorum Infantium sanguine, tristitiumq; Matrum lacrymis maderet, &

moestis Cœlum resonat gemitibus .
 Ita Iosephus , immo Maria , & Chri-
 stus clam ex ingrata Patria tanquam
 profugi , tutas quærunt latebras , ac
 peracto tercentum mille passuum iti-
 nere , appulerunt Hermopolim Te-
 baidis Ciuitatem , vbi prout in vita
 Christi Pater de Sanctarellis Societa-
 tis Iesu meminit cum alijs , non pro-
 cul à Floribus inuenerunt arborem
 vulgo nuncupatam Persem , quæ cœ-
 lesti perfusa odore , Iesu transeunti se
 demissit , & prona remansit , virtu-
 temq; tunc recepit , vt eius folia , fru-
 ctusq; salutem ægris , & vires Ægypti
 impertinerent . Ad Ægyptum autem
 properato gressu , & illuc ingredien-
 tibus , sicuti Isaias in *cap. 19* vatici-
 natus est , fideq; aliorum Interpretum
 accedente , ad aspectum Iesu , Deo-
 rum simulacra corruere . In hoc Epi-
 phaneus de vita Ieremiæ scribens , ait ,
 hunc Prophetam Sanctum Ægyptijs
 præmonstrasse Sacerdotibus , cuncta
 suorum deorum simulacra contractu-
 ra minutim fore , tum quando in Ægy-
 ptum accederet Virgo Deo similis
 cum Infante à se parto . Ægyptij autem

hanc ob diuinam præsentationem con-
 sueuerunt venerari Infantem in Pre-
 sepio, & Virginem in lectulo accu-
 bantem, id etiam referunt Thyri Epi-
 scopus, & Palladius in *cap. 52.* Illinc
 idest Ermopli Diui Peregrini deceden-
 tes abierunt Maturiam inter Eliopo-
 lim, & Memphem (vulgari sermo-
 ne Cairo) & incoluerunt in Hortu,
 cui balsamum inerat. Narrat Burehar-
 dus, qui loca Sancta oculis diligen-
 tissimè omnia est contemplatus, lo-
 cum illum, in quo habitauit Deipara
 in Egypto, ab ipsis etiam Saracenis in
 magna veneratione haberi adeo, vt
 ibi lampadam perpetuo ardentem in
 memoriam Iesu, qui illic olim inco-
 luit, suo tempore conseruarent. Quam-
 diu vero commorati sint in Egypto,
 legitur in historia scolastica septem-
 fermè annos; de modo autem quo
 vixerunt, quia pauperes erant, dici
 potest, de manuum suarum operibus,
 teste Alphonso Tostato, Euangelium
 Sancti Matthei explicante capite 11,
 questione sexagesima fol. 228. colum. 2.

Defuncto post annum septimum
 Herode, monitu Dei per Angelum,

Na:

Nazarethum redeunt, vbi insigni pietate tertium, & vigesimum annum egerunt, ac die Festiuitatis qualibet secundum consuetudinem Hierosolymam pergere, ac Paschatis inibi celebritatem agere consueuerunt. Iesus vero duodennis factus, vt patet ex Euangelio *Luc. 2. Remansit in Hierusalem, & non cognouerunt Parentes eius, existimantes autem illum esse in Comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter Cognatos, & notos, & non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum, & factum est post triduum inuenerunt illum in Templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes, qui audiebant super prudentiam, & responsis eius, & videntes admirati sunt. Alia gesta illius ætatis prorsus ignorantur, hæc tantum verba sacro in Euangelio leguntur. Descendit cum eis, venit Nazareth, & erat subditus illis, & proficiebat in sapientia, & ætate, & gratia apud Deum, & homines.*

Post quadraginta dierum, ac novissimum ieiunium in solitudine, a Præ-

CUR-

curfore Ioanne ad fluminis Iordanis
oras baptizatur, non quod puritatis,
ac sanctificationis fons lauacro indi-
geret, sed vt animæ ad pœnitentiam
instruerentur, & tactu sui corporis
omnes aquæ pro materia Sacramenti
Baptismatis, vbiq; terrarum sanctifi-
carentur.

Post baptismum aggressus est præ-
dicationis officium, discipulos aduo-
care, & miracula patrare cepit.

Profectus enim ad Cana Galilee
nuptias, ad quas vna cum Matre
Virgine vocatus erat, aquam vt ex
Euang. Io. c. 2. in vinum commuta-
uit, & hoc fecit initium Signorum.
At ægrotante Nazarethi Iosepho an-
norum iam pleno, quem diligebat,
illuc properauit, eiq; postrema cha-
ritatis officia præstitit, donec anima
ab Ergultulo corporis migravit.

Animi ardore ad suæ diuinitatis
signa promenda intentus, dum rudes
elegerat Piscatores, & Palestinæ loca
pluribus illustrabat miraculis, quæ ex
Euangelicis expositionibus nota sunt:
Impij Iudeorum Pontifices, & Pha-
risei, quibus pro insticia fuit volun-
luntas,

lu
m
eu
di
sp
te
g
no
h
C
p
c
st
a
A
b
a
S
d
q
fi
P
r
tu
a
u

luntas, pro maturitate præcipitatio, morte Crucis turpissima damnarunt eum, Cœlorum ergo, ac Terræ Conditor ad supplicium duci, & pendens spectatur in patibulo.

Sæpè nimius dolor filiorum mortem miseris Matres occumbere cogit, Maria vero virtutis, ac pietatis norma, cui prudentia erat plusquam humana, post sui Cari pignoris in Cœlum ascensionem, animi angorem perferens, & Hierosolimæ degens, crebro Nazarethum repetebat, miseria patrata filij meditabatur, loca ab eo sacrata inuisebat, vnaq; cum Apostolis primitivæ Ecclesiæ in Orbe germinantis ædificium ineffabili ardore promouebat.

In his peregrinationibus, vt aliqui Scriptores asserunt, cum annos quindecim, vel prout alij dicunt viginti quatuor exegisset, suo vero sexagesimo tertio completo, Christi q; fide per Orbem disseminata, finem rerum transeuntium, vitæ beatum exitum, æternamq; beatitudinem, vt assequeretur, implorat, & filius Iesus, cuius amor in Matrem exuberabat,

bat,

bat, benigno lumine auditis precibus, Angelum ei delegauit Gabrielem, per quam Deiparæ sedatur animus, leuatur mœstitia, cœlestiq; repletur benedictione; quod legitur apud Suarium, Rabadenerium, & alios. Christico vero Hierosolymæ degentes, re per os Ioannis Euangelistæ audita, certatim ad Montem Sion confluunt, vbi Andreæ Cretensis, & Nicephori Callisti astipulante fide, Almæ Virgini Domuncula erat peculiaris, in qua tanquam in solitudine, inopibus, pijsq; grata, vigilijs, orationibus, & meditationibus elaborabat, & Christianam paupertatem diligens, cœlestem vitam agebat. Alij autem Interpretes eam habitasse ferunt in Cenaculo, in quo Christus Dominus habito cum Sacro Senatu illo Conuiuio, Eucharisticum instituit mysterium; & in quo Apostoli metu Iudeorum congregati, Spiritum Sanctum sub ignis specie susceperunt, eoq; repleti, omnia adepti sunt genera linguarum, vt in Vniuersum Orbem abeuntes sacrum exponerent Euangelium, addita potestate Demones fugandi, languores curandi,

gandi,

randi, & gratia, quæ à peccato eos reddit immunes.

Cum autem in remotis terrarum Plagis Apostoli essent dispersi, vt aiunt Dionysius in libro de diuinis nominibus, Damascenus in sermone, & Iuuenalis in reuelatione, Deo placuit, vt Mariæ Virginis extremum diem videndi gratia non tam properè, quàm mirabiliter ad Montem Sion redirent, Apostoli, & pariter cum eis Apostolici Viri non nulli conuenerunt, Hierotheus, Timotheus, & Dionysius Aripagita speciatim, qui prout consuetudo erat, vnguenta, & aromata detulerunt. Maria proinde caritate excepit eos, ac remunerare cupiens duas puellas, quas in societatem habuerat, & amore prosequeretur, cum inopiam laboraret, & nil bonorum præter duas pallas sibi esset, vnã cuiusque dari Ioannem Euangelistam commouit, teste Petro Ribadenerio in Assumptionis Virginis festiuitate pag. 146. Adstantibus deinceps benedixit, & oculis in Cælum elatis. Suum Filium Christum videndi desiderio flagrans, angoris, dolorisq; expers amo-

ris enim Diuini vi occubuit, & spiritum reddit illi Domino, quem ipsa proprio lacte enutriuit. Horaq; eadem, vt asserit cum alijs Damascenus, Angelorum concentus, ad Paradisum comitantium animam, aduenit. Apostoli vero cum Discipulis, ea defuncta genibus flexis. Corpus Beatissimum deosculati sunt, pretiosisq; vnxerunt aromatibus, coeterum si in vita emittebat liliorum odorem, rosarum pudorem, & violarum modestiam ostendebat, in morte suauius olebat, ægroq; prope illud accedentes pristinam assequēbantur valetudinem.

Nondum inuidētia, nequitiaque Hebræorum extincta, eorum enim aliqui, dum Apostoli ad Gethsemani Hortum Corpus humaturi ferebant, vt Vigliega in die Virginis Assumptionis cum Damasceno, honorem ei tumuli adimere intenderunt animum, vnus proinde ex nefarijs, ad feretrum accedens, prosternere ausus est, at Cœlo vindice, manus, quam extendit, aruit, deterriti Socij aufugerunt, at ille motu viduatus, lingua tantum ad loquendum relicta, & vocem ad miseratio-

nem

nem inflexa, suum crimen fassus est, nec non tractus ad lacrymas, ad fletum, Deum, Deiq; Parentem his verbis precatus est.

In te altissime Domine peccaui, te iratum aduersus me promerui, heu mihi quid tentavi demens, peccatum meum grande nimis, tua tamen misericordia immensa, te deprecor, ne miserabiliter moriar, fer opem, accelera, miserere mei, & humilitatem placentem tibi tribue mihi.

In te Altissima Maria me iniquum habuisti, id secutus sum, in quod me impulit inscitia, tuum nomen contumaciter neglexi, nunc fateor te Virginem, & Matrem esse expectati Messiae, innocuè crucifixi, exoro, vt manum tuam extendas, nam pereo, nisi mihi per te veniat auxilium, te quam offendi, inuoco, parce mihi, meiq; cordis illumina tenebras; Ac tanta pœnitentiæ signa exhibuit, vt precibus accedentibus sospes fieri meruit, & Christi fidem amplexus, vitam vsq; ad obitum integerrimam duxit.

Apostoli tumultato Virginis Corpore illinc digredi haud poterant, Angelo

gelorum enim vocibus, & cantibus permulcebantur, nec locum deseruere à die decima tertia Augusti, in qua Mariæ obitus contigerat, vsq; ad decimam quintam, qua Assumptionis celebratur Festiuitas. Cum interim Thomas Apostolus superueniret, & Mariam morientem videre à Diuina Sapiencia sibi haud permissum putando, vberrimas lacrymas effudit, corpus autem venerari amare flagrans, monumentum aperiri, sibiq; illud ostendi deposcit, at lintea tantum, quibus inuolutum fuit, reperiuntur, quod patet in sermone de Virginis dormitione apud Damascenum, cui aliorum Patrum astipulatur fides, vnde Virginem Deiparam Corpore, & anima ad Cœlum assumptam esse habetur, & creditur.

Imperante multis post annis in Oriente Martiano, qui pietatis stimulis, Coniugisq; Pulcheriæ suasionibus in Vrbe Bizantijs Tempia non nulla exstitauerat, ac in ea congregato (Damaso Summo Pontifice sedente) Concilio, illuc, vt ibi interesset peruenit Iuuenalis Hierosolymæ Antistes, quæ
pro-

Pl
C
de
st
C
at
in
V

protinus Martianus acciri iussit, eiq;
 Corpus Beatissimæ Mariæ Bizantium
 deferri, ibiq; deponi, & asseruari, in-
 stetit. At ubi à Iuuenalis ore accepit
 Christi Matrem ab Angelis in Cœlum
 anima, corporeque deportatam esse,
 ingenti correptus admiratione, lintea,
 Vigilia teste, quibus fuit inuolutum,
 deposcit. Episcopus proinde à

voluntate Cesarea haud dis-

sentire ausus, iacturâ

deplorans vehe-

mentissimo

trista-

ri haud potuit.





SANCTVARIILAVRET: NI

Excelsæ Gloriæ.

CAPVT. I.

Immortalis est veritas ex annalibus, Pontificumq; decretis exempta post Christi reditum ad Cœlos, hanc per beatam Domum, in qua cum Virgine Matre vitam duxit, multaq; myſteria patrauit à Sacro Apoſtolorum Senatu (qui ad teneram Chriſti fidei plantulam excolendam, rigandam, conſtabiliendam, nulli prorsus labori, ac diligentiaẽ parcebant) Diuino cultui dicatam eſſe; lapideam proinde Aram, quæ adhuc in ea ſeruat̃ur, erexerunt, & Crucem ligneam ſuis fabrefactam manibus in Domini- cæ Paſſionis memoriam poſuerunt. Dignorum quoq; fide comprobatum eſt, primum omnium fuiſſe Petrum, qui in Nazarena Domo Sacrum con-
fecit;

fec
qu
Ar
ad
qu
ſce
Ar
mu
ſe
Ch
Ce
ſor
ſit
ſtu
ve
nit
tiſ
qu
inc
qu
pa
tul
pe
lib
nis
uit
Do

fecit; Primam Deiparam Virginem, quæ Divinam Sinaxim sumpfit, teste Anonimo cum Metaphraste, quotidie ad eam ascendebat, ut filij Corpus, quod prius in Utero gestauerat, sæpe visceribus infereret; Primamq; Helenam Augustam ad eandem Sanctam Domum sub Peregrini habitu se contulisse anno à Partu Virginis 326. dum Christiana Religio sub tutela magni Constantini sui filij florere ceperat, in somnis prout admonita, Roma decessit, & Sanctæ Crucis conquirendæ studio Hierosolymam venit.

Iam voti compos facta, præ gaudio, velut extra seipsam rapta, ut in festivitatis lectionibus patet, magnificentissimam ibi extruxit Ecclesiam, in qua partem Crucis thecis argenteis inclusam posuit, partem cum clavis, quibus sanctissimum Iesu Christi Corpus fixum fuerat, Constantino filio detulit. Cum per Palestinam deinceps peregrinaretur, ut tradit Nicephorus lib. octavo cap. 30. loca Sacra Divinis rebus, & opiparis Ædibus decoravit, ac profecta Nazarethum, repertaq; Domo, in qua Beatissima Virgo salu-

tatio-

tationem ab Angelo receperat, & qu
 Verbum suæ Carnis velamine conte- Hi
 xerat, per amœnum inibi pariter exci- cut
 tauit Templum, quod Barbari post Au
 Ædis Sanctæ Translationem, ne tanti cas
 miraculi memoriam superesset, euer- pec
 terunt. ege

Non defuere tamen Heroes, Dina- qu
 ræ, alijq; Dei famuli, qui Helenæ pie- tat
 tatem emulaturi, ad Templi repara- mo
 tionem, & Sacri Cubiculi veneratio- Ga
 nem adijcerent animum. Inter hos ma- ser
 gnanima, extitit Paula Romana, qua- Ca
 summa charitatis præbuit argumenta. ba
 Etenim Anno salutis 385. vna cum vli
 Eustochio Filia, & Hieronymo San- ex
 cto (qui paulò post Apostolos, eorumq; ue
 Discipulos floruit) Quamuis nobilita- la
 te fulgeret, paternum ab Agamem- tic
 none, Maternum a Scipionibus, & ta
 Grachijs genus agnoscens, amplissi- tic
 mis contemptis opibus, natalium re- est
 spectu posthabito, Natorum amorem cil
 exuta, & sui Corporis curam exosa, di
 vt in meliorem spem erigeret animum qu
 & vitæ beatum inueniret exitum, nil ce
 aliud in terris magis optauit, quam tr
 ad Palestinæ sacraria peregrinari, & vr
 quod

quod fuit sibi de cogitatu, vt isdem Hieronymus refert, protinus est assecuta. Admirabile prorsus est, quod Aurum, quod Argentum, quas sericas vestes, acque pictas, quantas pecuniarum summas in Ecclesias, egenosque religiosos diffuderit, quot seruos pro Christi honore libertate donauerit, quæ prædia, non modo Romæ, sed in Aquitania, in Gallijs, Hispanijsque vendiderit, reseruatis tantummodo Agris, quos in Campania, Sicilia, & Africa possidebat, non ad alium finem, quam ad vsum Pauperum, & iuge pietatis exercitium. Humili quidem, ac feruenti amore Nazarethi Domunculam, in qua Sanctissimum Incarnationis Mysterium peractum est, visitauit, inde ad Antrum Bethleemiticum, in quo Saluator Noster natus est, se contulit, vbi firmato Domicilio, studioque in vitam solitariam directo, vice Regiarum Aedium, quas Romæ possidebat, Tugurium coemit, quatuor extruxit Cœnobiz, trium nempe Mulierum, Virorum, vnum, Viginti trium annorum erat,

C

quan.

quando suis accensa monitis, seculo
renunciauit, purpureum vite florem,
ac tantas diuitias, & delicias negle-
xit. Cum enim septem, ac triginta
annos in Pago Berhleemitico ex-
gisset, ac Palestinæ Sanctuaria Diui-
no Cultu prosecuta esset, iam sexa-
ginaria, animique caritate indefessa,
ad Cœlum euocata, animam afflauit,
eiusque Corpus prope Christi Præse-
pium humatum est.

Inter præclaros Viros, quibus, vt
Sacrum Nazarethi Cubiculum ab in-
iurijs tutum redderetur, & in vene-
ratione haberetur fuit Zelus, & amor,
sicuti cum alijs tradit Paulus Emilius,
vixit in laudibus Gottifredus Buglio-
ni Dux, qui vna cum Siciliæ Regis
Ætiopibus prælio deuictis, & Gali-
lea subacta, illud religiosè inuisit, &
ornamento adauxit insigni.

Næc minor, vt aiunt Tirus, &
Tersellinus, illuxit gloria Tancredi
Viri equè fortis, & fortunati, qui
anno Reparationis humanæ 1100. è
manibus Barbarorum victrice Clade
recuperata Palestina, tanquam Prin-
ceps, & illius Prouinciæ, Modera-

culo tor, Ædem sanctam, non tantum
rem, multis Prædijs locupletavit, sed Ro-
egle- mano Antistite annuente, ob loci san-
ginta ctitatem, & famam in Metropolim
exe- erexit, teste Guillelmo Tyri Archie-
Diui- piscopo, & Hierosolymitani Regni
exa- Cancellario, nec non à secretis Late-
essa, rani Concilij, quod anno salutis 1178
avit, Romæ à trecentis Patribus celebra-
æse- tum fuit, ipseque insuper belli sacri
is, vt Historiam viginti tribus libris ab-
b in- soluit.

Tantum Principum sollicitudi-
ene- nis, & Pietatis exempla vt asserit
mor- Tiro in libro 9. & 13. de bello sa-
ilius, cro, consecrari cæperunt Equites
ghio- tam Militares anno Redemptionis
geu 1106, Quam Hierosolymitani 1119,
Gali- tuto quamobrem reddito peregri-
it, & nantibus itinere, nè quid per vim
s, & paterentur, illos in Xenodochijs ad
redi- hoc extructis, incredibili charitate
qui certatim excipiebant, diuturna ta-
o. è ment tam pij operis exercitatio non
Clade vixit.

Siquidem Ætiopes repentino Bel-
Prin- lo irruentes in Palestinam, expelle-
lera- runt fideles, & victoria insolentes,

omnem formidinem, omnemque animi curam deposuerunt.

Sed breui temporis processu iterum a Sicilia Hierosolymęq; Rege adorti, plerisque fuis, fugatis, & cæsis in Christianorum potestatem redacta, fuit Palestina.

Vt autem innotescat quo iure Sicilia Rex Diadema simul Hierosolymę sibi asciscat, recolenda est Historia Isabellę Secundę, quę functis vita Ioanne, & Iola Parentibus, veluti vnica hæres, Hierosolymo Regno, Tholomaidę, Tyrique Principatu porita, Cæsari Federico Secundo, vtriusque Sicilia Regi nupsit. Vnde Rex Hispaniarum acquisito Sicilia Regno, Hierosolymę Regis nomen, titulumque simul assumit.

Tot bellorum vicibus vexabatur Palestina, vt modo vni Principi, modo alteri subesse cogeretur, & quamuis Cardinalis Iacobus Vitriacus Patriarcha Hierosolymitanus, vt in sua Terrę Sanctę descriptione, anno à Christo nato 1238. absque vilo ostaculo iter haberet ad Domum Nazarenam, in qua rem sacram in-

genti

genti animi sui letitia confecit. Vni-
 uersa Christianorum Respublica me-
 tu angebatur vehementi, futurum
 cogitans, vt breui totam, quam pos-
 sidebat Palestinam, amitteret. Nec
 superuacuum discrimen, nam tem-
 pestatum fluctibus haud mollitis,
 sed maiori insurrectis impetu, Sici-
 liae Rex laceffitus armis, quamuis in
 eius fronte animositas vigeret, mise-
 rabili cede oppressus fuit, & eiectus,
 itaut eius infortunium summoper-
 doluerit Sanctus Ludouicus Nonus
 Galliarum Rex, qui ægre ferens,
 quod sanctuaria illa à Barbaris tanto
 Christianorum nominis contemptu
 possiderentur, ad ea recuperanda,
 extremèque pereclitanti Religioni
 opem ferendam, animum, & vires
 applicuit.

Magna igitur composita Militum
 copia in Nauem anno à Redemptio-
 ne 1256. conscendit, & cum Palesti-
 nae appulisset oras, sacraque loca ve-
 nerabundus lustraret, vt ait Theo-
 dorus Clitoueus, Nazarethum petit,
 & dum à Monte Thabor hanc à lon-
 ge Domum Sanctam prospicit, de

equo desilit, & genibus flexis hu-
 mum deosculatur, cunctoque ami-
 ctus pedester precibus, & lacrimis
 reliquum viæ consecit. Illuc sicuti in
 sermone ei idem S. Ludouici antè se-
 siuitatis Annunciationis triduum
 cum peruenisset, multis editis exi-
 miæ pietatis, ac religionis argu-
 mentis, pæne in Vigilia contentus,
 diem deuotionis affectu solemniter
 egit, & Sanctissimæ Eucharistiæ Sac-
 ramento se refecit. Ad expeditio-
 nem inde conuersus, Christi, Deique
 Parentis inuocato præsidio, arma
 contra Barbaros genuit, & post
 mutuam, cruentamque cædem illo-
 rum oppresso furore, nec non tumi-
 da frænata insolentia, Damiatam
 Urbem Ægypti primariam vi, & ar-
 mis oppugnatam, obtinuit. Cumque
 ad maiora properaret, ac suorum Mi-
 litum fatigationem, difficiles aditus,
 & hostium vires ob animi ardorem
 non aduerteret, commisso certami-
 ne, Gallorum exercitus ingenti clade
 victus est, & Rex cum nonnullis
 Commilitibus captus, ad Ægyptum
 Soldanum deducitur; In hostis po-
 testatem

hu- restatem redactus, haud disceptare,
 mi- de Regno, sed de libertate potius
 mis- agere cogitur. Firmato denique post
 ti in bienni um sedere ea lege, vt Damia-
 è fei- tam redderet, octoque millia bisan-
 m- tia, quæ aurea numismata erant, sol-
 exi- ueret, fuit vindicatus in libertatem,
 rgu- quam Deiparæ, auxilio, tribuendam
 tus, esse ratus, & pietatis operibus addi-
 iter- ctus, ad Sanctam Ædem, Deo, Vir-
 : Saa- ginique gratias acturus, denuò per-
 tio- git, Sacris eam picturis ornari, sui-
 que que ipsius adieci curauit Effigiem,
 na- quæ vsque in hodiernum diem, san-
 post- ctam prope Crucem vetustate deni-
 illo- grata, & ferè deleta conspicitur. Ius-
 mi- su proinde Reginae Matr. s Ludouici
 m- XIV. Francorum Regis ad præsens
 ar- foeliciter imperantis, à Pictore Lug-
 que- dunensi ad illius exemplar alia effi-
 Mi- gies fuit efficta, quæ in Palatio Lau-
 us, retano seruatur, & recurrente annua
 rem- Diui Ludouici festiuitate solempni ap-
 mi- paratu in Templo, & in Angelicæ
 a de- Annunciationis Ara exponitur.

illis Genunixa inspicitur hæc Imago,
 um- catenas, quas præ manibus habet,
 po- Beatissimæ Virgini porrigit, Quasi

alloqui vellet. En vincula, è quibus
 me dissoluisti, en signa libertatis,
 quam fauore tuo ò Clementissima
 sum adeptus, ò vera gratuita dona,
 ò me indignum, cui tanto Cœli fauo-
 re, nullis omnino meritis sit con-
 sultum, ò quantum tuæ pietati de-
 beo, quod quia prorsus difficile vi-
 deo perfolui posse, obsecro, vt quæ
 mihi sunt facienda te adiuuante, im-
 plere valeam. In scapularum dex-
 tera adest effigies Cardinalis Castr
 Rodulphi Tusculani Episcopi, qui ab
 Innocentio IV. Summo Pontifice
 tanquam Legatus Apostolicus ad eun-
 dem Regem in Galliam, & itineris
 comes ad Plagam Orientalem missus,
 in argenteo cratere Coronam Domi-
 ni Nostri Saluatoris Spineam tenet,
 ab Ægypti Soldano munifice Ludoui-
 co Regi largitam, venditam ve fama
 retulit. Ad læuam Ephæbi honoris
 extat Imago, Regale Sceptrum præ-
 manibus gestientis. Quod verò p̄enes
 Francorum Regem sit Corona sacro-
 sancta, Gerebrardus suæ Cronolo-
 giæ libro quarto testatur his verbis,
Sanctum Ludouicum Regem Gallie re-
demisse

demisse Coronam Spineam, eamque
 Lutetiam asportari mandavit. Et Gu-
 glielmus Durantus in rationali divini
 officij capite de Paralceue, se vidisse
 in Thesuro Regio Coronam Spineam.

Hæc de picta imagine Sancti Lu-
 douici dicta sine. Nunc verò histo-
 riam profequi iuvat.

Habita inter Gallum, & Soldaam
 conventionem, ne in Arces Anconi,
 Cesareæ, Iopis, & Sidoni finitimis
 cum oppidis, & Pagis, bello prius à
 Christianis adeptas, Ætiopes inua-
 dere possent, Ludovicus nihil pro
 Christi servitio fugiens, sed virtutem,
 & gloriam appetens, ad quas nisi ar-
 duo, & oneroso calle pertingitur,
 Soldani fidei filius, post suæ captivita-
 tis biennium, tres quoque alios an-
 nos illa in Regione exigere voluit, ubi
 suos Duces, aliosque Christianos è
 Barbarorum servitute redemit, mul-
 tos fideles ad Christi fidem conver-
 tit, aliquas Christianorum Vrbes
 suis sumptibus refecit, aliaque pie-
 tatis opera cum cogitaret, Reginam
 sui matrem, quam sui vice, sui co-
 jus Regni administrationi profice-

rat, diem clausisse extremum audiuit,
indoluit satis, sciens autem omnibus
moriendum esse, & resoluendum vn-
de manamus, cumque imbecilli-
tatem hominum statum meditatio-
ne cogitasset, eum maiorem æquo-
re animo sustulit, & in Galliam redijt.
At zelus, qui e Terra Sancta Infide-
les eijciendi in eo semper viguit, nec
vnquam tepuit, ad nuperam impellit
expeditionem, iterumque ingenti
parata Classe, Militibus, nobilibus
Viris, atque stipendiarijs præualida,
anno à partu Virginis 1270. à Nautis
de Portibus Gallix solutis funibus,
iter direxit in Orientem. Cum autem
Tripolis Mauritaniæ Piratas transi-
tum Christianis nauigantibus inter-
cludere comperiret, eorum Civita-
tem, & infame prædonum Asylum
opprimere statuit. In Terram proin-
de descendit, Castra ad Cartaginis
oram locat. Aduersa vero fortuna
non procella, non hostile ferrum
Christianam Classem euertit, immanis
quippe lues, quæ nec dum anhelitu,
sed rerum, & Corporum attractu tra-
hebatur, inuasit copias, in easque

ita

ita defenijt, vt brevi plusquam sexaginta millia Militum absumpsit, & Regis vitam arripuit, nec sine Principum Christianorum acerbo animi sensu. Præ omnibus sanè tantæ iacturæ vim tulit eius Consanguineus Siciliae Rex, qui armis præditus, Exercituque instructus, susceptum bellum suis sumptibus sequi statuit. In Africam quocirca cum inænti Classe transfretauit, vbi multo sudore, multoque sanguine adeptus victoriam, Ciuitatem obsessam, & Oppidasos in sui potestatem quibuidam conditionibus contra ipsos positus, redegit.

Victoria contentus in Italiam redijt, flebile siquidem nobis, vt inter Rempublicam Christianam derecuperanda Terra sancta animi forte, desiderent, seu curam abijcerent, &c.

*De Sanctæ Domus Translatione
per Angelos in Illyricum.*

Cap. I I.



Barbarorum armis oppres-
sa Palestina, Diuino in ea
amisso cultu, moribus de-
prauatis, pietate labefa-
ctata, moxque Maumethi inuale-
scente perfidia, cum Sacrosanctæ huic
Ædiculæ, quæ apud Christianos sum-
ma semper in veneratione extiterat,
nullus amplius exhiberetur honos, sed
contempta iaceret; Miro modo
(vindice Deo) per Angelos è funda-
mentis auulsa, è Galilea superata Sy-
ria, Macedonia, Epyro, atque Illy-
rico ad Oram, quæ Adriaticis undis
abluitur, prope flumen Oppidum in
planiori Cacumine facti (ubi Ni-
colaus Frangipanus Romanæ nobili-
tatis germen pro Cesare administra-
bat) aduecta fuit, inibique prout
Historici asserunt, posita anno salu-
tis 1191. post diem nonam Mensis
Maij circa Secundam noctis Vigi-
liam

lia
lec
m
m
de
dig
Pr
Ar
po
Sy
Al
Ch
gn
qu
ni
eo
me
ra
no
ser
mi
eff
tia
es
&
Ma
le

liam, imperante tunc temporis Paleologo in Oriente, Rodulpho primo in Occidente, sedente vero Summo Pontifice Nicolao IV. Asculano de clarissima Franciscana Familia, digladiantibus inter se Christianis Principibus Filippo Galliae, Euandro Angliae, & Iacobo Aragoniae eo tempore, quo Calipha, seu Rex Aegypti Syriaco positus Imperio, Tripoli Asiae Urbem inuasit, ac damno Christianorum irreparabili expugnauerat.

Tam mirabili translatione, tantoque prodigio Dalmatae, nec non finitimae Prouinciae Populi excitati, eo undique certatim confluebant, modum autem aduentus nemo nouerat, nemo non mirabatur tantae rei nouitatem, tandem assecuti, sunt sempiterni Principis iussu Angelorum ministerio Cubiculum deportatum, esse. Intimi igitur ex precordijs gratias Deo agere caeperunt. *Benedictus es Domine, qui facis mirabilia solus, & quamuis ut Doctores affirmant, Mariae Miracula testarentur Adiculae Sanctitatem, dum quotquot ad-*
uerfa

uersa valetudine affecti, eam vene-
 rabantur, Vir inemque deprecaban-
 tur, conualescebant, Dalmatæ nihi-
 lomminus hærebant animo, nec quid-
 quam certi asserere audebant, sed cæ-
 litus fiunt certiores, dum Alexandro
 Tersactensi in Templo Sancti Geor-
 gij Sacrorum Antistiti honestæ vitæ,
 ac probatæ integritatis Viro, graui-
 ter ob febrilem ardorem decumben-
 ti, post crebras effusas ab eo preces
 pro corporis recuperanda salute, Re-
 gina Cœlorum noctu per visum ap-
 paruit, & patefecit, Adiculam Na-
 zarenam esse, nunc Altissimi Numi-
 ne eò delatam, in qua ipsa genita, &
 innutrita, concepit, & innutrit
 Omnium Effectorem, ac singulatim,
 quæ in ea extabant, patiter indicauit
 Aram, Crucem, Cedriamque sui
 Imaginem, à Luca effictam, nec non
 alia ab Apostolis collocata.

His ille auditis pauore, & gaudio,
 simulque sudore permixtus, vt pri-
 mus dies illuxit, Virginis ope pristin-
 na affecta valetudine, eique gratias
 humiliter agens, è lectulo exiit, &
 quæ à Deipara acceperat, passim pa-

lam

lam narrauit, vulgavit. Nicolaus
 Frangipanus quod cum audiret, An-
 tistitem ipsum Alexandrum, simili-
 ter quatuor probatae fidei, & ætatis
 viros, ut omnem patrati Miraculi
 veritatem exquirerent, & *Ædiculæ*
 prodigiosæ nutu Dei ad Dalmatas
 translatae vestigia recognoscerent, in
 Galileam delegavit, qui euntes, &
 Nazarenum appulsi, cum Natalis
 Beatæ Virginis, & Dominicæ Incar-
 nationis locum exquirerent, inue-
 nerunt nonnullos Christicolas, domi-
 cilia inibi habentes tributi gratia,
 quod *Ætiopibus* ferebant, ab illis hi-
 lari animo suscepti, amore, honore-
 que habiti, ad situm, de quò fuit Cu-
 biculum abreptum comitantur, Le-
 gati vero fundamentis avulsæ Domus
 in solo relictis nihil distantibus a
 crassitudine, latitudine, & longitu-
 dine mensurarum, quas secum detu-
 lerant, repertis, omnibusque prout
 a maioribus edocti, sedulo indagatis,
 Patriam remeant, & quæ viderant, &
 perceperant, referunt, ac rei gestæ in
 illis Regionibus testes suere locuple-
 tissimi, qui ab Incolis Cubiculum,

fre-

frequentioribus honoribus venerari
 assererent. Illyrici, qui gratiarum Im-
 bribus in dies magis effundebantur
 de tantæ hæreditatis possessione can-
 tundem gloriabantur; sed pro in-
 scrutabile Dei iudicium, eorum gau-
 dia iam triennio, menseque septimo
 interiecto, defecere, sanctuarium
 enim illinc etiam demigravit, siue
 quod ab Accolis minus, quàm di-
 gnum erat, coletetur, siue quod ab
 initio Beatissima Virgo ad breue il-
 lius gentis iucunditatem inibi diuer-
 sorum potius, quàm domicilium
 collocasset. Dalmatæ in itur Cælesti
 munere præter expectationem exuti,
 lacrymas effuderunt, & infinita la-
 mentatione ingens Patriæ vulnus
 pandere cæperunt, obtorpescentes,
 & confremescentes Deiparam non
 tam recedere, quàm eripere ab eis se
 voluisse. In tantas immensasque ani-
 mi ægri tudines fatigati magis quam
 satiati, ad Frangipanum frequentes
 coeunt, & consilium petunt. Ille
 communi vulnere ictus, mœrore
 contabescebat, constantiam autem
 adhibebat, ac dolore dissimulato,

Popu

Populi luctum sua authoritate, prudentiaque absterfit; Graue utique, damnum sed tanquam ab irato Deo permissum, non lacrymas, non gemitus, non ieiulatus prodere fatebatur, &c.

*Alma Domus è Dalmatia in
Italiam deportata.*

Cap. III.

Satis non fuerat Altissimo, ut Sacra Virginis Aedes è Barbarorum manibus vindicata, in Dalmatiam, Syria posthabita, per Angelos deportaretur, sed quò clarior mortalium ostenderetur oculis, eidem placuit, iterato prodigio, eodem cursu, miroque modo super æquora ad oras Adriaticas Piceno in Agro, & Ciuitatis Recinetensis vacuum in nemus se reciperet; Hæc mira translatio, conuenientibus Historicis, qui de ea scripserunt, intempesta nocte die Saturni ante Decimam Decembris 1294. euenit; Sedente

dente Bonifacio VIII. Caietano Summo Pontifice à Celestino V. Viro Sancto sponte sibi subrogato. Non vacat referre hic lacrymas Dalmatarum, meritò effusas pro tanti thesauri iactura, cum mentio supra sit habitata, & facilius illorum moeror ab vnoquoque cognosci possit, quam Calamo describi, sed quò acrior dolor Illyricas Prouincias afflixit, eo iucundior lætitia Italorum animos, ob tanti muneris adeptionem, pertulit. In Piceno potissimum faustè fuisse, & lætissimè omnium acclamationes, vndequaque personantes, *Benedictus Deus, Benedicte Vnigeniti Mater, quia visitauit Plebem suam* Illyrici aduersum precibus Mariæ reditum luctuosus implorantur his vocibus. *Ad nos Clementissima Virgo reuertere, ad nos miseratione reuertere.* Eorum tamen haud pauci Sanctam propè Ædem domicilium habere cupientes, vt crebrius sacros parietes sibi osculari, & venerari liceret, profecti sunt Lauretum, vbi Confraternitatem sub titulo Corporis Christi crexerunt, quæ Illyrico;

rum

rum nomen tenuit donec summus Pontifex Paulus III. vitæ felicem exitum inuenit, bonaque pro pauperum adminiculo constituerunt. Et Frangipanus pietatis stimulis motus, in Tersacti Vico, vbi Sanctuarium primo confederat, Templum ad perpetuam rei memoriam, Deiparæ dictum, extruxit, de gentibus in eo fratribus Sancti Francisci de obseruantia, palam de Sanctuario illinc translato edocentibus: Superaddita in facie Templi inscriptione.

Hic est locus in quo fuit Sancta Dominus Nazarena, quæ nunc in Recincti partibus colitur.

Non homines latet, Arcana Cœlestia quæ Deus haud reuelare voluerit, summa adoranda esse humilitate, non temere perquirenda, ac de expertis autumatur, & pie creditur, quod Deiparens cum almatas gratiarum imbribus sæcundasset, Italos commiserata Populos, sacrosanctam Aedem ad eorum consolationem, & in eorum fines deportari voluerit. Etenim ea tempora si vnquam miserrima erant, & Diuina ægebant ope

ob bella sequissima, cruentaque inter
 Principes Italos, qua tempestate, vt
 communiter referunt scriptores,
 Ioanne Petrus Maffeus lib. 1. Cap. 5.
 pag. 47, Turcellinus lib. 1. cap. 6.
 pag. 20. Victorijs Brigantus in eo-
 dem Maffei volumine, Felix Maria
 Nellus cap. 6. ita, & alij, non tam
 cernere erat Venetos, & Genuenses,
 Hetrurijque Respublicas inter se gla-
 dantes, quam totam Sedis Aposto-
 licæ Ditionem funestis Vellorum, &
 Gibellinorum factionibus diuisam,
 odijs, bellicisque plusquam Ciuilibus
 totam flagrantem; Milites cedibus, &
 sanguine foedebant Vrbes, igne, fer-
 ro, homicidijs, Ecclesiarum profa-
 nationibus, alijsque iniquitatibus, &
 criminibus nefarijs cuncta loca re-
 pleuerant, vndique luctus, suspiria,
 lacrymæ, & lamentationes, prout
 verba Poetæ, Mortis Imago. Per ea-
 dem tempora infelicitas augebatur
 feritate Federici II. qui, teste Fran-
 cisco Petrarca in libro Augustali, na-
 tus ex Henrico V. & Constantia
 Monaca Vetula, vocabatur Barba-
 ruffa. Is fuit potentissimus Impera-
 tor

ro
 ac
 ter
 M
 lin
 rie
 cr
 R
 Be
 go
 IV
 tu
 bri
 Ap
 ren
 tun
 que
 qui
 vel
 E
 bus
 run
 lo
 cre
 suo
 nib
 run
 fact

tor Siciliae, Sardiniae, Hierosolymae,
 ac Sueviae, quò nullus magnificentior
 tenuit Romanum Imperium à Carulo
 Magno citra. Fuit armorum strenuus,
 linguarum peritus, vigorosus, luxu-
 riosus, Epicurus, nil curans, vel
 credens nisi Temporale; Malleus fuit
 Romanae Ecclesiae, cum Pontificibus
 Bellum habuit, praecipuè cum Gre-
 gorio IX. tandem virtute Innocentij
 IV. Genuensis excommunicatus, vi-
 ctus, & fugatus est, nec sibi de Insu-
 bria potentia proficere potuit, in
 Apuliam se recepit, & in oppido Fe-
 rentino, Manfredo, & suis filijs tan-
 tum adstantibus, male mortuus est,
 quamuis alij ab eodem Manfredo,
 qui spurcius erat, interfectum esse
 velint.

Percussa insuper Italia terremoti-
 bus, per quos haud pauca corruerunt
 Aedificia, stellaque Crinita è Ce-
 lo se ostensa, omnes iratum Deum
 credebant, timebant. Ipse tamen
 suorum fidelium auditis deprecationi-
 bus, & miseratione motus ad illo-
 rum consolationem, subsidio hanc
 sacrosanctam misit Ediculam, sicuti

illis in verbis *Visitauit nos Oriens* ex alto per quam breui interiecto tempore, Italia tranquillitati, pacique restituta, gratias Altissimo egit, & gaudia extinta renouauit.

Veritas patet è Recinetensiu n. Annalibus in Sanctæ Ædis aduentu, noctis tenebras in loco, quò se recepit, fulgentissima luce colluxisse clariore, idque Pastores ouium in nemore vigilantes, ante omnes cognouerunt, qui citato Recinetum cursu, illuc conuolarunt, & visa prodigia retulerunt. Ciues autem ficta somnia audire se rati, oculatos testes deridebant, illi è contra, rem seriò affirmantes, Dominos impulerunt, vt accederent; Isti tanti nouitate prodigij illecti, quam expeditè ad Siluam properast, Cubiculumque repererunt, ac stupore admirantes quo nam modo, & vnde absque ministerio, officioque humano translatum, nisi ordine commutato naturæ, sine mora Recinetum repererunt. Commotati hæc de re vniuersa Ciuitate certatim Visiones, mulieres cum Virginitas, seies, Adolescentes, Iuuenes,

ac

ac
pe
fid
du
mo
ar
ra
ce
te
cr
pe
cir
Ma
mi
o
gic
vt
cor
cul
De
Ed
&
cu
to
ti,
ora
ob

ac debiles prout vires, cuique sup-
 petebant, è lectulo profilientes, de-
 siderio videndi, ad Siluam contem-
 dunt. Vifa Cellula elingues fiebant,
 moxque proni Deum, ac Deiparam
 ardentè implorant, nec irrita implo-
 rantium reddebantur vota, & per Pi-
 cenas Vrbes fama statim conclaman-
 te, vndique plurimi Confluentes sa-
 cra limina adeunt, eoque amplius
 percrebuit admiratio, dum Arbores
 circumstantes Cubiculo Sacro veluti
 Magnæ Virgini obsequentes, se de-
 miserunt, ac ita inflexi annos supra
 octuaginta perfliterunt, donec irreligi-
 oſi Coloni ob incuriam, seu forte,
 vt arua fecundiora redderent, eos
 conciderunt, poſterisque tanti Mira-
 culi ſigna ademerunt.

Per viſum inſuper, vt ex pluribus
 Doctoribus notum, ſuam hanc eſſe
 Ediculam à Nazaretho ad Dalmatas
 & inde ad Recinetenſes tranſuectam,
 cuiſdã Paulo vulgo de Silua nuncupa-
 to Eremi Cultori, prope nemus degē-
 ti, patefecit Maria. Hic ieiunijs, &
 orationibus aſſiduis deditus, à Deo
 obtinuit, vt per decemniū quotan-

nis

riens
 ecto
 paci-
 egit,
 a n
 entu,
 rece-
 e cla-
 n ne-
 gno-
 urſu,
 gia
 mnia
 deri-
 iò af-
 it, vt
 rodi-
 luam
 eſunt,
 mo-
 opi-
 niſi
 e mo-
 nota-
 tatim
 rginis
 enes,
 ac

nis igneos globos, nitidosque radios & a
 ad instar Clarissimæ Stellæ Crinitæ, zar
 duodecim longitudinis, vt è longin- ac
 quo conijci poterat, pedes habentes me
 & super Cubiculum descendentes vi- Ter
 deret. Cum autem tantum mysterium rep
 cominus perspicere appeteret, sepè sta
 sepius ad locum sacrosanctum. citato dies
 gressu, iter habuit, at eo proprius non
 accedente, ab oculis lumen subtra- piss
 ctum euanescebat, at animo perpen- qua
 dens, cur ante lucanis horis iubar retr
 hoc effulgeret, nec huius rei causam mu
 explorare sciens à Deo, Deique tici
 Matre enixè expostulat. Annuit ergo ad
 pia Virgo, ea die octaua scilicet Se- run
 ptembris, eo que loco in lucem se- mo
 editam esse. loc

Cum magis, atque magis ex omni eius
 Natione concursus fieret frequentior præ
 & Virgine intercedente innumera- tho
 Miracula operaretur Omnipotens insu
 Recinetenses intenderunt animam, vsq
 vt miraculosa translatio manifestis lum
 probationibus clarior fieret. Quo- ber
 circa coacto Prouinciæ Generali fini
 Consilio, sexdecim Viri fide, ac in- per
 tegritate plurimum pollentes electi cul

& al;

& ablegati fuerunt ad Dalmaticos Na-
 zarenosq; fines, qui aggresso itinere,
 ac Mediterraneo superato sinu, ad Flu-
 men oppidum peruenerunt, vbi, & in
 Tersacto de nocte, qua in Dalmatia
 reperta fuit, & qua illinc defuit San-
 cta Domus, miraculaq; per eam in
 dies patrata, sedulo inquirunt, nec
 non omnia visu, & verbis cum perce-
 pissent, in Syriam ad nauigarunt, &
 quamuis panditis velis reflans ventus
 retruderet Nauim, peruenerunt pri-
 mum ad insulam Corcyrae, vbi in Adria-
 tici facie Ionicum sunt aggressi, illinc
 ad Achaiae primum Angulum appule-
 runt, in quo est Isthmum perfossum, &
 mons duo maria dirimens, qui, si in
 lococaderet, Achaia esset Insula. In
 eius vertice Corinthus est. Achaiae
 praetereuntes littora inuenerunt Me-
 thonum, & Coronam, quicquid
 insuper terrarum mare illud ambit
 vsque ad extremum Regionis angu-
 lum, e quo respicitur Creta. Ha-
 bet a dextris Nigropontum, a
 sinistris crebros Portus. Illo su-
 perato mare, liquerunt, sed pro-
 cul a tergo, illa duo Lumina,

D

Lace-

Lacedemonem , & Athenas , ad
 leuam vero Hellesponti fauces ,
 Rhodum deinceps peruenerunt , ac
 eius superato littore , ad leuam ab
 Aquilone in Austrum iacent mariti-
 ma Asiæ minoris Oppida , nempe
 Tortosa , Tripolim , Baruth , Sur , Ce-
 sarea Iapha , Ascalon , horumque in
 medio nobilis olim , nunc euerfa , &
 in cinerem versa Accon , summum in-
 espiabile dedecus , ac turpissima cicat-
 rix Regum Christianorum , nisi ali-
 quanto turpior esset ipsa Hierusalem .
 Postmodum caput Sirix Damascum
 viderunt , Ciuitatem forma spectabi-
 lem , de qua ipsis temporibus Regum
 Israel , multis seculis ante Urbem con-
 ditam , crebra in vtrisque litteris sa-
 cris , & sæcularibus est mentio . Ac
 deniq; in Palestinam iniere Portum .
 Cum enim iter haud tutum esset , va-
 gantibus passim per totam Syriam
 Turcicis armis , præsidium pecuniis
 emunt , quò in Galilæam perducantur
 ac deinde reducantur ad Naum . In
 terram egressi vbi vicina Hierololy-
 ma est , & Sacratissimum Sepulchrum
 in quo Christi Corpus subsistit , ve-
 nerati ,

nerati, ad Nazarenam Ciuitatem pergunt, fundamenta inibi translata Domus ad normam exigunt, Templique quoque partem ab Augusta Helena circa Cubiculum extructi inuentur abscissam, ac collationibus ad inuicem factis de ijs, quæ sedulo in Dalmatia sciscitati fuere, depræhendunt Dei, Deique Parentis esse Domum ad Illyricos mox ad Picenos delatam, omniaque describentes in Tabulis, ab eiusdem Regionis Incolis corroborata, in Patriam reuertuntur, & quæ manu tetigerant, oculis perspexerant, & auribus acceperant planè, & passim enarrant.

Hæc de Sancta Domo sunt certissima testimonia, quibus facti veritas patet, annalium prodita Historijs; vetustarum traditionum auctoritate corroborata. Recincentes cuncta à Legatis relata, publico inito Consilio decreuerunt, ut publicis Tabulis tradita, in Archivio asseruarentur, & quilibet Nobilis, ac Ciues exemplum in membrana Domi tenere obstringeretur,

tur , prout Bernardinus Leopardus
vtriusque legis Doctor , præclarus
Recinetensis anno à partu Virgi-
nis millesimo quingentesimo sexage-
simo quinto seruabat .

Ob tantæ nouitatis miracula Di-
uinis , humanisque rationibus com-
probata , cum huius Ediculæ nomen
& cultus in dies augetet , nec dum
Itali , Populique Regionum finitima-
rum , verumetiam Transalpini , &
Trasmarini gregatim vndique con-
uolabant , vt tantæ rei prodigia vi-
derent , & Virginem toto corde
consalutarent , & colerent . Crescen-
te namque in dies peregrinorum ,
& Aduenarum copia , votiua simul ,
donaria , & piæ largitiones exube-
rabant .

In aperto est Sacram Ædem è
Dalmatia translata , se recepisse
in nemus Clarissimæ Mulieris Re-
cinetensis cognomento Lauretæ , à
quâ sibi ea Laureti nomen inue-
nit , at breui tempore homines fla-
gitiosi nemorum densitate circum-
adiacentium fræti , Peregrinos ado-
riebantur , & in eos grassabantur ,

quo-

quocirca *Ædicula Sacra* miro eodem modo octauum post mensem è silua recedens, vicinum *Cliuem* duorum *Recinetensium* fratrum de nobili familia *Anticia* se sè transtulit, relictis in silua vestigijs, quæ in hunc vsque diem aspiciuntur intacta, neque hic diutius permanere voluit, illis quoniam *lucris causa*, & *auaritia* inter sè conflictantibus, *Virgo*, quæ *Christum Deum* pacis Authorem tulit, pacem diligens, & iurgia abhorrens, litem diremit, etenim illinc quarto elapso mense *Sacra Ædes Angelorum* obsequio decedens, in aperta via se collocavit, vbi nunc sita, & à sæculis immota, commutato nomine *Nazarenæ* in *Lauretanam*, ingenti *Populorum* frequentia colitur, & plurimis miraculis illustratur.

Nunquam sanè *Picenis* extra nostri *Natalem Reparatoris* iucundior illuxit dies, quàm *Decima* mensis *Decembris*, qua hæc *Sacra Domus* exteris è *Regionibus Angelorum* Ministerio in *Italiam*, & *Reci-*

netenses ad oras aduecta fuit, Dies quidem iure Sacer atq; singulari privilegio vbiq; locorum in Agro Piceno adeo sollemnis, nulla vt Vrbs, Oppidum, aut Pagus est, qui celeberrimam hanc non colat festiuitatem sub ritu duplici Diuinorum officiorum ab Urbano VIII. Pont. Max. instituto, quæ celebritas præcipua quoq; est anniuersaria dum ad memoriam Sanctæ Domus aduentus tubæ, ac timpana personant inter explosas belli machinas, missiles ignes, incensas faces, struesq; lignorum, igneosq; turbines per Templi facies, ac Tholos, nè dum in Ciuitate Lauratena, sed in Piceni alijs Oppidis, & Pagis dies tam fausta, pio cultu erga Virginem Deiparam recolitur, immo in Italiæ pluribus, & Europæ locis tam insignis miraculi celebratur memoria.

Ceterum non melior Italiæ conditio fuit, cum Clemens V. anno salutis 1305. post vndecimum à Sanctæ Domus aduentu, Pontificiam Sedem traduxit Lugdunum, Galliæ Ciuitatem ingenti cum detrimento Italiæ,

Chri-

Chri
la,
dun
Sed
an c
nes
Aui
tuit
nun
bell
Rec
rent
tis
iust
exc
pue
Arc
nim
Do
pet
gra
ob
om
sti
con
De
que
ger

Christianæq; Reipublicæ ferè vniuer-
 sã, portentum Romæ visum fuit,
 dum Basilica Lateranensis antiqua
 Sedes (in certum fraude hominum
 an casu) penitus deflagrauit; Ioan-
 nes inde XXII. Clementi sub rogatus
 Auinione Pontificiam Sedem consti-
 tuit, id causa fuit proquid homi-
 num tulit opinio, vt Velsi, & Gi-
 bellini iterum inter sè defiderent, &
 Recinetenses à Pontifice descisce-
 rent, quocirca Gibellini, anno salu-
 tis 1322. teste Ioanne Villano lib. 9.
 iussu eiusdem Pontificis oppugnarunt
 exciderunt Recinetum, cunctaq; deri-
 puerunt, incenderunt, adusto enim
 Archiuio, Lauretana defecerunt mo-
 nimenta, quæ ad ampliora de Sancta
 Domo promulganda, nunc essent ex-
 petenda, Ciues igitur aliò commi-
 grare iussi ob diruptionem Urbis,
 ob nouarum ædium extruccionem,
 omnibus fermè rebus erant exhau-
 sti, attamen re cum Pontifice
 composita, religione, cultuquè in
 Deiparam stimulante, Templum,
 quo Lauretanum Sacellum prote-
 geretur, moliebantur, nam cre-

sciente in dies Aduenarum, donorumque copia, porricus prius extracti, Imagines, ac tabellas haudquaquam capere poterant. Episcopus igitur Maceratensis, in cuius Diœcesi Recinetum erat, Recinetensium approbatione ad constructionem Templi circa Sacellum adiecit animum, sic enim aere publico factum est a fundamentis, humile quidem quoad loci magnitudinem, & ornamentum, sed capax, & satis amplum amplioribus addictis Domicilijs pro Sacerdotibus, & Administris, Hospitio insuper pro nobilibus Aduenis, ac Diuersorio pro pauperibus, & Peregrinis.

Per eadem tempora, quibus Petri sedes transierat in Galliam, & ab Vrbe, Italiaque aberat Pontifex, multa ab Aede Lauretana decora, subsidiaque aberant, quae nunc sunt, ac tum fuissent, nisi Augustissima Aedes tam procul abfuisset à Pontificum oculis, & auribus. Cœterum nec ita Pontificijs ornamentis caruit ut infra suo

loco

lo
ter
ter
tar
ner
mu
cta
nib
ma
qu
ant
liar

De

H

tur

E

run

& I

I

rus

Epi

Ter

loco tradetur. Dissidentibus autem cum Ecclesia Florentinis, Interdicto Pontificio suppositis, Catharina Sancta Senensis, Avinionem ad Gregorium Decimum primum Pont. Max. pro pace profecta est, cuius precibus, & suasionibus motus, ad sedem suam Romanam se recipere deliberavit, quod & fecit, septuagesimum post annum quo translata erat in Galliam.

De Almae Domus Scriptoribus.

Cap. I V.

E Multis, qui de Nazarena Laurentana Aede scripta reliquere, hic aliqui Auctores proferuntur.

Primo igitur de eadem meminere Evangelistæ Matthæus, Marcus, & Lucas.

Postmodum Euodius, Nicephorus, Nissenus, Guillelmus, Tirus, Epiphanius, alijque Patres, qui de Terra Sancta plura tradiderunt.

D s Simi-

Similiter Hieronymus, Damascenus, Metaphrastes, Anonimus, Vitriacus, & Abulensis.

Dalmatæ inde, & Recinetenses, & post quadragesimum annum, ex quò Alma Domus in Italiam deportata fuit, Maceratensis Episcopus primam edidit descriptionem, & historiam, ut ludi magistri eam pueros edocerent in palestris.

Flavius Blondus in libro illustratae Italiæ Lauretanam Ædem suis scriptis commendavit sub anno 1440.

Gregorius Teremans eiusdem sæculi anno circiter sexagesimo de eadem publicas Tabellas in Lauretano Templo evulgavit Pio II. Pont. Max. sedente.

Baptista Mantuanus trigesimum post annum egregiam Lauretanæ Domus historiam edidit.

Valentinus Miller Germanus eodem sæculo exaravit aliam.

Bartolomæus Monachus Vallis Umbrosæ sub idem fermè tempus aliam edidit breuiorem.

Hieronymus Angelita Recinetensis in sequentis sæculi anno 25. lucu-

lentiorem scripsit Historiam, Clementi VII. Summo Antistiti dicatam.

Nicolaus Bargisileus eodem quoque æculo per breuem aliam lucubravit anno 63.

Bernardinus Cirillus post decimum annum suam pariter diuulgauit.

Gabriel Flamma, Herculesq; Vicemula plura postmodum de ea tradiderunt.

Valentinus Laidius, Layman Galus, Ioannes Ballarinus, alijq; cum Christophoro Mariano de trophæis Marianis.

Cæsar Franciottus, & alij de peregrinatione Lauretana.

Rutilius Benzonus libro de fuga.

Ioannes Viguerius Dominicanus de motu Angelorum.

Leander Albertus, Abraham Ortelinus, Franciscus Scotus, Hieronymus Capugnanus, & alij de Italiae descriptione.

Sebastianus Fabrinus, & Andreas Viçorellus de Iubileis.

Fulgentius Galluccius, & Alexander Vitaleonus de laudibus Lauretanis.

Modestus Benuenutus de Recincti

Patronis tutelaribus. Victorius Brigantius, & Bartholomæus Zucchius de Historia Lauretana, Ioannes Petrus Maffeus itidem.

Nicolaus de Cattaro, & Franciscus Clauinius de Lauretana peregrinatione, deq; historia Terfactana.

Ludouicus Centoflorenus de Clippo Lauretano contra Hæreticorum sagittas.

Antonius Saltus de Sanctuario Lauretano.

Fœlix Maria Nellius de Domus Lauretanæ Arcanis.

Siluius Serraglius de Alma Domo, alijque permulti præter iam commemoratos.

Cæsar Baronius plura disertissime de Lauretana Domo primo thomo annalium præludit.

Nec omitrendi sunt societatis Iesu Patres, scriptores optimi de Lauretana Domo, quorum facile Princeps Horatius Tursellinus locupletissimam exaravit historiam.

Raphael Riera alteram edidit.

Cæsar Canisius Doctrina, & Sanctitate clarissimus (de quò Baronius

nus

nus ait his verbis, vt ad Corinth.
 Apostolus habet, cuius laus est in
 Euangelio per omnes Ecclesias) Is,
 egregiè de Sacrosancta Lauretana
 Aede scribit contra Hæreticos Noua-
 tores lib. Deiparæ Virginis.

Franciscus Turrianus similiter con-
 tra Petrum Vergerium habet respon-
 sa Apologetica.

Helteus cum alijs cōtra Calvinistas.
 Gaspar Loartis, Laurentius Ma-
 fellus, Ludouicus Ricciomus de Pe-
 regrino, & peregrinatione.

Fuluius Cardolus de origine, &
 translatione Sacelli Lauretani.

Petrus Antonius Spinellus, & San-
 ctarellus de Christi, Deiparæque
 vita. Ioannes Bonifatius de Histo-
 ria Virginali.

Thomas Massuccius libro de actis
 S. Pauli.

Iacobus Selianus de annalibus Ec-
 clesie.

Gabriel Valquez, & Franciscus
 Suarius Theologi Clarissimi in Opu-
 sculis Theologicis.

Ioannes Baptista Ferrarius, Ioan-
 nes Astria, & alij de Lauretana Aede.
 Bar;

Bartolomeus Cassius de Historia Lauretana Illyrico idiomate data.

Marcus Lima Greco, alij Gallio, Hispanioque sermone.

Nuperaq; à Siluestro Petra Sancta, & Guillelmo Dondino latinitati donatam.

At his omissis Lauretana Domus Cælo, Terraque Clarissima oxornatur, comprobatur a Romanorum Pontificum Decretis, tribus, & Vingt, pariterque à Publicis Tabulis cunstarum gentium sermone excerptis Lauretani Templi Columnis ad memoriam sempiternam appensis &c.



*De loci Sanctitate, ac diuturna
mora, quàm in eo Christus, &
Virgo Mater habuit.*

Cap. V.

Quanta sit Sanctæ Domus Lau-
retanæ dignitas, ac religio
ex misterijs superius enarra-
tis, & passim ex annalibus colligi-
tur, etenim non in Europæ tantum
fines, sed etiam in longinquas, ac
disiunctissimas Regiones eius No-
men, & fama peruasit. In hac Vir-
go Parens in lucem edita, Iosepho
desponsata, à Spiritu Sancto fœcun-
data, concepit in Utero. In hac *Ver-
bum Caro factum est, & habitavit in
nobis, quem diem Leo Magnus ce-
leberrimum appellat. Ut in quo ac-
cepit Mundus exordium, in eodem ha-
beret Christiana Creatura principium.*
Arcane sanè Misterium, quo Virgo
Deum copulauit, & Hominem in
Nazarena Domo ad ea Verba, *fiat
mibi secundum Verbum tuum. Fiat in-
quit,*

quit, & Verbum Caro factum est in-
 cunctanter, itaut fiat, & factum si-
 mul fuerit eodem temporis mo-
 mento. Ineffabile sanè Misterium,
 quo nil maius ab omnipotente
 fieri, & cogitari potuit, vt ex Vir-
 gine Christus hic nasceretur, atque
 vna foret Deus, & homo, virgo, &
 Mater, quod ait Apostolus in Ephes.
 2. *Vtraque vnum.* Assertio est non au-
 lorum Doctorum, hac in *Ædicula*
 Angelorum Choros præfago ore or-
 tum concinisse Mariæ, quamobrem
 Damascenus ait, *hic lacte lacteris,*
 & *Angelis vndique cingeris.* Id etiam
 Diuæ Birgittæ reuelatum esse ex hi-
 storijs habetur. Descendisse eo die in
 hanc sanctissimam Domum Cœlestiū
 Ciuium Legiones, quæ Reginæ om-
 nium assistebant, Ioannes Bonifatius
 de hac loquens ait. *Perditi homines in*
hanc Ædiculam introeuntes repente
mutantur, Hæretici impietatem eiu-
rant. Vltiores iras, & similtates de-
ponunt. Christophorus Marianus,
 Leander Albertus, & alij asserunt.
Quemquam nunquam fuisse tam per-
ditum, quem Mariæ Lauretanæ aspe-

Etus

Etus
 uer
 tas
 mo
 &
 del
 ille
 hor
 sum
 A
 sibi
 Del
 præ
 qui
 pia
 piu
 sus
 cor
 pist
 cap
 ria
 non
 in
 re
 sum
 San
 tia
 lac

*Etus aliquo pietatis sensu non commo-
 uerit. Turfellinus sic ait. Loci digni-
 tas tanta est, vt in ipso introitu ne-
 mo in admirationē non rapiatur. Ita
 & alij permulti cum Baronio ea-
 dem Verba tradunt. Diuinitus
 ille Omnium pectoribus incutitur
 horror ad Sacrosanctæ Domus ingres-
 sum, vt quicumque ad Lauretanam
 Adem accedunt, ad ipsam Virginem
 sibi adire videantur, & sane hic Deus,
 Deique Mater miro quodam modo
 præsentiam suam declarant. Quod
 quidem loco plerique mortalium,
 pia animi dulcedine affecti, exci-
 piunt Diuinos afflatus, mentis exces-
 sus, claras visiones, sicuti Birgittæ
 contigisse fertur, quæ à Deo acce-
 pisse dicitur huiusmodi verba in Reuel.
 cap. II. Qui ad locum istum, vbi Ma-
 ria nata est, & educata fuit, venerit,
 non solum mundabitur, sed erit vas
 in honorem meum, & habebit gusta-
 re, & videre quàm dulcis, & suavis
 sum ego Deus. His dotibus, ac tali
 Sanctitate Lauretana Domus præsen-
 tia Christi, & Virginis Matris con-
 sacrata præfulget, sic enim iure opti-
 mo*

mo plerique passim eam consalutant.
Terrestre Cælum Prodigale Tectum,
Deiparæ Thalamum, Virginis Regiam,
Numinis Aulam, Deique Domum Au-
gustam in quâ Verbum Caro factum est,
& habitavit in nobis. Flavius Blondus
 Eugenij Quarti Summi Pontificis à
 secretis libro illustratæ Italiæ à se
 edito de ea sic meminit. *Celeberrim-*
um totius Italiæ Sacellum gloriosæ
Virginis Mariæ in Laureto. Christo-
 forus Marianus de tropheis Marianis
 & Ioannes Carthagena de Arcanis
 Deiparæ sic aiunt. *Tanta est loci di-*
gnitas, talis gloria, tam excelsa
Maieſtas, ut ipsam locis omnibus, qui
sub Cælo sunt, anteferre non dubitem.
 Ioannes Bonifacius in Historia Virgi-
 nali hæc exaravit. *Inter altissimæ Cæ-*
li Reginæ Aedes, Lauretana Domus
merito, & iure tenet Principatum.
 Hieronymus Angelita in hac verba
 tradit. *Hic locus sanctus atque*
Terribilis, in quò non homo ex limo
Terre, ut in Agro Damasceno, sed
de purissimi Sanguinis Virginis guttu-
re substantiæ, nullo peccato obnoxia,
Deus ineffabili modo factus est Homo,

in

in q
 pta
 flor
 mu
 tat
 Virg
 ille
 loci
 bili
 An
 & e
 Virg
 bat
 ni
 per
 que
 mi
 cur
 est
 nisi
 Qu
 ma
 hac
 fab
 go
 tur
 bit
 str

in quò non Mulier de Virili latere sum-
 pta, prout in viridiarijs illis perpetuò
 florentibus Terrestris Paradisi, sed
 mulier Virgo natura ordine commu-
 tato, Dei Mater effecta, servata,
 Virginitate. Clarissimus habetur Mons
 ille Thabor ob Christi Ascensionem,
 locus autem hic Sanctus, atq; terri-
 bilis longe nobilior, in quò degebat
 Anna, nata est Deipara, conceptus,
 & aducatus est Christus, quem ea
 Virgineo lacte potabat, amplexa-
 batur, & ut ait Augustinus, Om-
 ni genere ministratrix extitit sem-
 per videns famulantium adesse fre-
 quentiam Angelorum, qui Domino
 ministrabat. Et verum est dicere
 cum Patriarca Iacob. Terribilis
 est locus iste, non est hic aliud,
 nisi Domus Dei, & Porta Cæli.
 Quidam enim iure optimo sic excla-
 mauit. O res mirabilis, ut in
 hac humili Domo faber esse voluit
 fabricator Orbis. Adulto nato Vir-
 go Mater velut Ancilla famulaba-
 tur, ut in Eccles. 24. Et in ha-
 bitatione Sancta coram ipso mini-
 strabat. Pari etiam studio Iose-
 phus

phus in Fantulo Viroque Deo solers
 præsto erat in cunctis, vt aiunt assi-
 duus, & diligentissimus Educator fi-
 lij, cui, testantur Doctores, in hoc
 Diuino Sanctuario Angelorum Exer-
 citus assistisse, ipsumque Iesum cum
 Virgine Mater, & Iosepho habitas-
 se, quandoque etiam cum suo dile-
 cto Præcurfore, Apostolisque diuer-
 satum esse. Ac excepto tempore se-
 ptem annorum, quò Saliano Teste in
 Ægypto permanserunt, Christus hac
 in sacratissima Domo (quam manu
 tetigit, & præsentia sacravit) labo-
 rauit, orauit, quieuit, comedit, bi-
 bit, & habitauit annos tres, & vigin-
 ti, Maria vero viginti septem; Lo-
 cus Sanctus, atque terribilis, in
 quò Domicilium fixit Mundi Re-
 demptor, qui nobis assidue, præ
 oculis habendus est, vt discamus
 eum ad Cælum sequi, & quæsitum
 vbi habitauit, & habitat, inuenire
 possimus, &c.

Et quamuis Heretici Petrus Vege-
 rius, & Illiricus Centurio cæteris
 cum Nouatoribus eam cauillosis
 inuentis impugnaverint, à Francisco

Tur-

Tu
 &
 eo
 gn
 sep
 Ch
 rus
 qu
 op
 Qu
 req
 ant
 vna
 Lau
 eni
 opt
 uin
 gel
 pre
 test
 brit
 à se
 in d
 ad
 ten
 Do
 sine

Turriano, à Petro Canisio, Heltheo,
 & Ludouico Centofloreno pessima
 eorum mendacia iam satis sunt expu-
 gnata. Neque est quod strideant, vt
 sepe faciunt, Calvinistæ, conantes
 Christi Fideles à piorum cultu loco-
 rum retrahere, illos etenim, alios-
 que sectæ similis nefarios homines
 optimè redarguit Canisius his verbis.
*Quamuis hæresum flamma longè, la-
 tèque grossarentur, tamen plures quam
 antea, & maiori alacritate Lauretum
 undiquè confluxerunt, & vetus Edis
 Lauretanæ celebritas permanet. Nec
 enim ambiguunt piorum animi (vt
 optime scribunt Auctores) quin Di-
 uinitus id ipsum Conclauè, per An-
 gelos eo translatum fuerit, tum pro-
 pter grauissimorum Doëtorum de re
 testimonia, tum miraculorum cre-
 britatem compulsi, quibus locus iste
 à seculis inauguratur, & illustratur
 in dies.*

Æquè Clemens VII. Pont. Max.
 ad penitus retundendam temerita-
 tem Hæreticorum, qui in Sanctam
 Domum Lauretanam latrare non de-
 sinebant, rem tantam, & adeo cele-
 brem

brem miraculorum testimonio iterā-
 ta, diligentissima inquisitione confir-
 mare constituit. Delectos igitur tres
 ab intimo sibi Cubiculo spectatæ fa-
 mæ viros in Dalmatiam, & Naza-
 rethum cum omnibus Sanctæ Domus
 mensuris, cæterisque ad rem fa-
 cientibus, ablegat, qui iussa Ponti-
 ficis omni cum diligentia executi ve-
 ritatem tot antea per ætates fidelium
 testimonijs comprobata, nouam
 demum, & oculis, & ab Accolis ex-
 tracta, confirmarunt. Cumque Sa-
 cræ Domus fundamenta, quæ Bar-
 bari saxi, terraque oppleuerant,
 effodicurassent, & mensuras ad re-
 gulam, libellamque comparassent,
 duos inde lapides erutos (cuius qui-
 dem generis apud nos minime extāt)
 ad maius veritatis testimonium Ro-
 mam vexerunt.

Cesar Cardinalis Baronius tanta
 fidei apud omnes, & authoritatis,
 dum Lauretum cum Clemente VIII.
 Pont. Max. profectus est, Illyricos
 & Recinetenses omnes inibi peruolu-
 rauit asseruatos annales, & hæc me-
 moriæ tradidit. *Domus illa in qua*

Ver-

Verbi Incarnatione Sanctissima Virgo
 caelestem accepit Nuncium, adhuc ma-
 gno miraculo non solum integra perse-
 uerat, sed Angelorum ministerio ab
 Infidelium manibus vindicata, in Dal-
 matiam primum, inde in Italiam tran-
 slata est in Agrum Lauretanum Picenæ
 Prouinciæ quod perinsigne, & vetu-
 stissimum antiquitatis monumentum,
 totus Cattolicus orbis veneratur, &
 colit.

Hæc vero, atq; alia huiusmodi
 de Sancta Lauretana Domo compro-
 bantur à viginti duobus Decretis in-
 dultis, & Priuilegijs Romanorum

Pontificum, quæ membraneo, &
 papyraneo in Codice asser-

uantur in eiusdem

Almæ Domus

publico ta-

bula-

rio.

Laure

*Lauretanae Virginis uberrimi
gratiarum imbres.*

Cap. VI.

Innumera prope modum miracula, & beneficia recensentur insolita, quæ Deus Optimus Maximus, ut Beatam Virginem, eiusque Domum Lauretanam illustraret, suam ob intercessionem est operatus. Ex his igitur miraculis, & beneficijs hic aliqua sunt percurrenda, speciatim nonnulla à Turlellino, ac Serraglio recensita, quorum annales ad ampliora legi possunt.

Male habentes, cuiusvis generis ægretitudine præssi, medicaq; arte insanabiles, auxilio Deiparæ Lauretanæ inuocato, medelam protinus sunt assecuti. Ceci visum, elingues sermonem, steriles foeminæ redditæ foecundæ; è rupibus, turribusque præcipitati, iactati fluctibus, aquis submersi; Naues naufragio pereuntes; miro modo ab interitu vindicatæ sunt; paribulo suspensi, gladio confossi,

fossi, ferro iugulati, & execto guttore transuerberati, breui facti sunt incolumes. Satis, superque testantur votorum tabellæ, quibus in dies affluentibus, ita Templi parietes vndiquè repleti fuere; vt semel, atque iterum eos denudari, ac tabellas ad Cellaria deferri, afferuarique oportuit, quod iam olim factum est, nuperque hoc anno 1675. id insuper ne Templi maiestatem, ornatumque obscurarent.

Summos inter Antistetes primo Pius, Paulus, Iuliusque secundus aduersa valetudine afflicti, ac vita pænè destituti, ab interitu sunt reuocati, alijq; Romani Pontifices, Purpuratique quamplures, necnon Principes, ac Dynastiæ ferè innumeri morbo affecti, Virgine Lauretana intercedente, pristinae sunt restituti sanitati.

Christina Lotaringiæ Ducissa, Daniæ Regis filia, & Caroli V. Neptis, paralyti vehementer afflicta, vt sanitatem, veluti confidebat, recuperaret, anno salutis 1582. Lauretum Magno Comitatu se ferri voluit, & in Sanctam Domum gestatoria sella

E

per-

peruecta, precibus toto corde perfusis, protinus conualuit, suis Aulicis tam scœlici euentu obstupescens, remque mirandam attestantibus.

Fœminina Neapoli primaria, cui erat Vir cognomine Longus præclarus, & vna ex Consiliaris Regijs, omnibus capta membris, acerbissimis insuper discruciatâ doloribus, vitam trahebat miserrimam, operâ Medicorum ad vltimum damnata, exorat Virum, se deferri Lauretum, quò peruenta, & Sacram Domum ingressa, Generum suum itineris Comittem rogat, vt faciendum curat, missam celebrari, cuius initium est. *Repleatur os meum laude,* in qua Euangelium Paralitici, a Christo sancti, recitatur in feria sexta infra octauam Pentecostes. Vix hoc planè Genero mandauerat, ad Aram accedit Sacerdos ignotus, rem sacram facturus, vbi primum iste inchoauit ab illo ipso introitu *repleatur os meum laude,* ortus Longam ingenti admiratione percussit, ac stupore attonita, paulisper hæsit. &

dum

dum Sacerdos peruenit ad illa Euan-
gelij verba, ait *Paralitico tibi dico*
surge, mira res dictu, visuque Para-
litica Mulier repente Diuina quadam
vi, simul membra consolidari, simul
mentem insolita dulcedine perfundi
sentit. Extemplo igitur gratulabun-
da esurgit è sella, attonitis rei nouita-
te adstantibus, Deo, Deipareque
gratias egit.

Pueri duo nobiles monstruosè nati,
ob genna ad pectus conuersa, & cru-
ra turpiter flexa, super Aram san-
ctuarij positi, repente consolidati,
exultauerunt.

Sacerdos Illyricus vir antiqua sim-
plicitate, idemque Lauretanæ Virgi-
ni vnicè deditus, captus a Turcis,
cum ad deserendam Religionem,
blanditijs, omnique artificio pollice-
rètur, nefarias voces, nec animo,
nec vocibus admittere perseuerabat.
Itaque importunis illis hortatoribus
aduersatus, vt eis eo magis egrè fa-
ceret, vltro Christi, itidentidem Ma-
riam inuocabat, stomachantibus illis,
sciscitantibusque cur illa nomina in-
uocaret, quia mihi hærent, inquit, in

præcordijs. Itaque Turcæ præcordia
 ipsa è pectore se extracturos minatur
 nisi ex templo Christum, & Mariam
 execraretur. Erratis ait, præcordia
 mihi auferre potestis, Christum, &
 Mariam non potestis. Illi tuum vero in-
 dignati, Sacerdotem ferro pariter in-
 uadunt. Dalmata vero Lauretanā in-
 clamans Virginem, vouet, si vita sup-
 petat primo tempore ad eam se iturū.
 Ea vox iratos eo magis accendit ho-
 minem igitur circumfistunt, & disci-
 so, apertoque pectore, intestina à sū-
 mo recisa extrahunt, eaque Semineci-
 iā iam, vt tradebant, casuro tradunt,
 simul per ludibrium increpantes. Abi-
 iam, propera, & præcordia, in qui-
 bus hæere vis Mariam Lauretanam,
 ad eam perfer, vti vouisti; Moribun-
 dus Sacerdos, Deo mortem morante,
 viresque suggerente, exta manu sua
 sumens, & gerens, ire pergit, multo-
 rum dierum itinere emenso, celeriter
 Lauretum venit, vbi quacunque con-
 cursus ad eum seu visendi studio, seu
 rem cognoscēdi incedit, & ille præci-
 puè Templi ministris apertum, va-
 cuumque pectus, & prætēta manu vi-
 scera

scera

scera ostentans, cuncta enarrat, omnibus stupore, ac admiratione attonitis. Ad ultimum gratijs Virgini enixè actis, & confessionis, Eucharistiæ. què Sacramentis munitus in Deiparæ conspectu vitam cum morte suaviter commutavit.

Iuuenis Sacerdos è Sabaudia forfice sutoria iugulatus, & inter rudera humatus, Virgine adiuuante Lauretana, quam semper habebat in Corde, quinto elapso die viuis exiuit.

Parmensis Princeps Ducis Ranucij filius, elinguis quadrimus, pro cuius salute vouerat Virgini Lauretanæ Genitor, Sacram in Domum ingressus sermonis vsum protinus recepit.

Ioannes Vacckarius Poloniæ Palatinus, cum pro Sigismundo tertio contra Suecos decertaret, tormenti globo ad quatuor fermè stadia, deiectus equo, irreparabili ab interitu viuis euasit, Lauretana implorata Virgine, quam ob tam insignè beneficium inuisit.

Petrus Argentorix Gallus in Gratianopoli Ciuitate, præclarus cui Vxor erat Antonia eiusdem.

Ciuitatis nobilissimis Parentibus or-
 ta, & forma Corporis satis egregia,
 sed Lamix nequitia à septem Demo-
 nibus tenebatur obsessa, anx è cupi-
 dus ab improborum spiritum potesta-
 te liberandi Coniugem, nil in Gallia,
 finitimisque Regionibus reliquit in-
 tentatum, irritis autem laboribus,
 in Italiam eam duxit, primoque
 prope Mediolanum in Diui Iulij
 Templum, cui, vt ferebatur, con-
 tra veneficia magna à Deo data erat
 facultas, præsentauit, moxque Muti-
 nam adiuit, & in Æde Sancti Gemi-
 niani pariter irrita vota, Romam
 petijt, vbi per mensem commora-
 tus, quotidie in Basilica Sanctorum
 Apostolorum ad Columnam Repara-
 toris simul cum Vxore genibus flexis
 Deum implorauit, gratiæ potiri ne-
 quiens, & spem salutis Coniugis
 nullam reliquam esse cogitans, in
 Patriam reuersurus erat, nisi à Ro-
 diano quodam Milite, in quem à
 Sacra Domo Lauretana redeuntem,
 forte inciderat, suaderetur, vt ad
 Virginem Deiparam Lauretanam in
 Piceno adduceret Vxorem, citato
 igitur

ig
 sp
 d
 li
 A
 tu
 e
 ri
 m
 p
 c
 V
 H
 a
 e
 n
 P
 S
 r
 S
 H
 T
 m
 A
 m
 re
 ci
 in

igitur itinere firma salutis concepta
 spe, ad Sanctam peruenit Ædem vbi
 decem vi hominum introducta mu-
 liere, Stephanus Fræcigena Canonicus
 Auximanus, Vir vitæ purioris, ac-
 tum temporis Sanctuarij Præfectus,
 exorcismos super ea cum legeret, ve-
 ritatem extorsit, & spiritus immundi
 magnis emissis clamoribus, singuli
 propria explicauerunt nomina, & vo-
 cabantur Surdus, Herot, Horribilis,
 Ventilot, Brichet, Arctus, & Serpens.
 Horum primus egressus est Surdus, &
 abiit extincto cereo, sicuti pollicitus
 erat in signum, alius Herot, qui si-
 mili signo dato exiit vociferans in
 Presbyterū, Maria eicit nos, & non tū
 Sequenti die preiurjs item ijsdem adiu-
 rationibus, extincta vna ex argenteis
 Sacri Cubiculi lampadibus, exiit
 Horribilis, horridis vocibus implens
 Templum, ac dicens Maria, Maria ni-
 mis læuis contra nos. Quartus autem
 Arctus, longiore præ cæteris facta,
 mora, exclamare cæpit, nimis po-
 tens es ò Maria, quæ nos inuitos eij-
 cis in loco isto, ob quæ adiuratus, &
 interrogatus à Presbytero qui nam

esset locus ille respondit, Cubicu-
 lum Virginis Dei Genetricis, cum
 que instaret Præsbyter ad veritatem
 extorquendam, & sæpius dixisset,
 mentiris mendax, respondit non
 mentior quidem, sed veritatem
 fateor, Maria me veritatem in
 præsentia fateri cogit, spumansque
 præ cæteris, ac vociferans ostendebat
 in Cubiculo locum, in quo
 a sinistris Aræ stabat Virgo cum
 salutaretur ab Angelo, ac ille a
 dextris prope Angulum in extrema
 parte versus Crucem Ligneam
 transuerso. Demum proiectis tri-
 bus ingentibus carbonibus in si-
 gnum ante Præsbyteri pedes, alte-
 roque carbone in quarta argentea
 lampada sacram ante Virginis sta-
 tuam extincto, clamoribus æthe-
 ra complens, abiit cum cæteris.
 Antonia vero ad instar Cadaue-
 ris relicta exanguis, & in Cubicu-
 li pavimento prostrata, post exi-
 guam temporis moram, sudore
 perfusa, surgens libera, impollu-
 tæ Virgini Matri Gratias humili-
 ter retulit, & cum Viro tota re-
 ple-

pleta gaudio in Patriam festinanter remansit. Hæc cum fierent, multitudo erat copiosa, & præter Præsbiteros Laureti degentes, multi Recinerensium Primates interfuere, quos inter à secretis Franciscus Angelica à supremo Magistratu missus, ut visu cuncta prospiceret, & sincera referret.

Cum in Agrippina Colonia contra Archiepiscopum de Trullis vigerent dissidia, & Archiepiscopus Ernestus ad illius bona irruenda iter haberet, iste ab Aduersarijs fuit adortus, scopulisque emissis, Baro de Kinsech, quem Comitem habebat, necatur, & Marchio de Baden Ducis Bauariæ sobrinus sauciatur, bracchioque redditur mancus, ac mortis discrimen Deipara adiuuante Lauretana effugisse dum cogitat, ad sanctam eius Aedem proficiscendi vouet, quod & fecit Aulicorum Comitatu, quo pat erat, ubi ante nostri Reparatoris Natiuitatem pia dulcedine, & pietate cum peruenisset, Sacræ Deiparæ Imagini aureum Or-

biculum gemmis decoratum dono dedit; spectabatur in eo Sancti Georgij effigies ptopis, & smaragdus conuicta, formoso cum adamante in equi capite, a tergo duos inter senes aspiciebatur Susanna; intus vero egregiè formatus ipse Princeps ante Virginum Virginem prostratus, quæ precibus inuocata, per somnum candida Veste præfulgens in Vrbi caupona, in quâ Marchio diuersabatur, noctu apparuit ei, & brachium inuolidum attingens, consolidauit, is experrectus, lætitiæq; perfusus suos accersuit Cubicularios, & famulos, qui præ gaudio illacrymantes, se inuicem complectuntur, & admirantur. Ut primum dies illuxit Marchio ad referendas Beatissimæ Virgini gratias se contulit, quibus religiosissime actis, Præsidem adiuit, cui cuncta in præsentia, & Agnato Bauarico per Nuncium sedulo exposuit, summa inde celeritate profectus Romam, Pontifici Maximo Gregorio XIII. quod factum, quod mirabile recensuit, ad hæc non tam primo Patriam, quam Sacrosanctam Aedem Lauretanam re-

petere

petere sibi consuluit. Et Bavaricus Dux in tanti admirationem prodigij raptus, magni ponderis argenti tabulam, aliq; pretiola munera misit pro sacelli servitio; in sequenti autem anno 1585. ignotus Lauretum venit, & Collegio Societatis Iesu triduo confidit, ad Paternam sedem regredi coactus, lacrymis affluentibus Deiparam implorat, & sanctæ Domui pecunia numeratam reliquit. Ac iudem Iacoba Cliviæ Ducissa, eiusdem Bandedensis Marchionis germana soror, ob brachium sanatum fratris, torquem auream cum globo pendulo pyropis, adamantibusq; ornatam, & insignem Lauretanæ Virgini dono misit.

Cum exitialis, & dicitur Epidimiæ morbus magis, atq; magis in Recinetenses sequebat, fuis ex publico decreto Virgini Lauretanæ precibus (mirabili dictu) repente tetra pestis evanuit, tanto beneficio adstricti, qui gratiam acceperunt, publico, & privato ære Coronam solido ex auro fabricatam, cum pretiosis lapillis artificioso ordine dispositis, in Deiparæ capite posuere.

Equestris miles vna cum Equo raptus à Velini fluminis impetu in Umbria, præceps ruit è sublimi scopulo, cuius altitudo centum ferè Vlnas superat, sed Lauretanæ protectione Virginis incolumis rediditur.

Vainòda Transiluanix ab Abrahamo Regis Turcarum Pretore (quem ipsi Bassaham appellant) prælio victus, captusque Victoris irati iussu ex altissima rupe agendus erat præceps. Cæterum ille, Beatissima Virgine inuocata Lauretana, supplicium euasit, dum forte sermonem ita habuit de Religione cum Bassà, vt adeo efferatum eius animum. Inua ope mitigauit, & Barbarus odio in amorem verso, ipsum cum alijs Transiluanis captiuis protinus dimisit gratis. Laureti extat hodie tabula ingens egregiè picta, auroque exornata, vbi tota res coloribus, & litteris expressa sub oculis omnium visitur.

Vtina Vrbs in Foro Iulij nobilis, anno 1555. dum immanis lues, Venetiarum siccibus inuasit, in Carnorum

Agrum

A
gr
pl
D
fe
le
ci
V
la
ne
lu
ha
de
ue
pl
V
C
tu
in
di
L
fi
de
pa
di
m
ta
ct

Agrum serpens, homines tam dirè
 grassari cæperat, vt facile omnibus ex-
 ploratum esset, illud horrendum esse
 Diuinæ Vindictæ genus, quo Deus in-
 fensus immania hominû flagitia per-
 sequi decreuerat, publico inuito Con-
 cilio, votoque suscepto, Lauretanam
 Virginem inuocat, & eius fidei, tute-
 læq; se comittit, nec irritæ præcatio-
 nes, nam biennio quo grassata erat
 lues, cunctis circa oppidis morbo ex-
 haustus sola Vtina, Virgine interce-
 dente Lauretana, cõmunis mali perse-
 uerant immunis. Ea igitur solèni sup-
 plicatione Lauretã venit. Trecenti erãt
 Viri nobiles, quibus pulcherrima
 Christi Crucifixi effigies præfereba-
 tur, omnes linteati, omnes iisdem
 insignibus spectati cum donis non-
 dum publicis quam priuatis, ad Ædē
 Lauretanam procedebãt; Limen igres-
 si, ad genua procumbunt, humum
 deosculantur, & lacrymãtes Deo Dei-
 paræq; grates agere ceperunt. *Bene-
 dictus es Domine, qui facis mirabilia,
 magna solus, & seruos tuos tua pie-
 tate seruasti.* Ad vltimum San-
 ctissimam in Cellam intrant, &
 Dei.

110 SANCTUARI.

Deipara Virgine enixè conſalutata,
apud eam munera deponunt in his
votiuâ Tabula erat egregia picta
cum titulo .

*Glorioſiſſimæ Virgini Lauretanæ
ſeruata in peſtilentia Vtinenſem
Ciuitatem, & Agrum, Sacraſſimæ
Crucifixi Societas poſuit, dicantq;
Anno ſalutis 1556.*

Quidam Iuuenis turpibus carnis
implicatus voluptatibus, mulierum
amore flagrabat, qua nec preces, nec
præſtio, nec vi, dolo ve cum potiri
ceret, vltima experiri ſtatuit. Igitur
Dæmonem magicè rogitat, vt ſe vo
ti compotem faciat, & ad omnia de
ſcendere ſe paratum promittit, ſi eo
quod expeteret, fruereſetur. Diabolus
ergo iuſſu à Chriſto defecit, totumq;
ſe illi dedit, omnia iurat, & Chiro
grapho ſuam fidem obſtringit. Cæte
rum, vt potitus fuit quod cupierat,
cœleſti luce ſibi exorta, magnitudi
nem ſui ſcleris perpendit, & ad ve
nię ſpem erectus, animum anxium pe
nitentię ſubiit, & Deum, Deiq; Parentem
implorare cæpit. Inter hæc re
miniſcitur Virginem Lauretanam, &

eius

LAVRETANI. III

eius Aedis Sacerdotes amplissima facinorum expiandorum authoritate esse præditos . Protinus Lauretum petit haud dubius quin inibi esset tantis malis remedium inuenturus . Ille ut venit, Sacerdotem nactus est idoneum, qui re omni exposita, consulit Aequæ sibi spes sit reliqua salutis . Ille primò sceleris atrocitate exterritus, paulisper hæsit, deinde ita Iuveni spem salutis ostendit, si precibus, ieiunijs, voluntariaque corporis vexatione penitus insistat, cum ipse nil poenarum omnino recuset, promittit Sacerdos, imposita si fecisset, se faciles in confessione aures ei daturum, ac tantum piaculum, Deo propitio, utique expiaturum . Hominem monet, ut per triduum pane, & aqua contentus, cilicio, flagrisque corpus permittat, ac Leiparam implorans, per eam à Deo veniam exposcat, se eodem triduo rem Diuinam pro ipsius incolumitate facturum . Iam utrinque extitit fides, ac triduo exacto, Sacerdos probè duxit, ante absolutionem, Chi-rographum à Dæmonem exorqueri

ac

nè quid omnino iuris in illi haberet, hominem proinde à se dimittit monitum, vt Augustissimum sacellum ingressus precibus, lacrimisque Deiparam obsecraret, eatenus fatigatum à Diabolo chiographum acciperet, illæ suæ salutis, securitatisque auidus, spe haud dubia id impetrare posse obtemperavit. Prostrato ergo ante Virginem Deiparam, lacrymans obnixè eam precatur, vt recepto illo nefario chiographo, salutis, incolumitatisque suæ consulere velit, & dum ex animo iterabat illos versiculos. *Monstra te esse Matrem, Sumat per te preces, Qui pro Nobis natus, Tulit esse tuus*, ingenti miraculo, Chiographum suas in manus delapsum conspicit. Itaque gaudio peresus, immixtis lacrimis, grates Dei Parenti enixius agit; Inde sacello egressus, lætitia exultans ad Sacerdorem accurrit, receptum Virginis beneficio, scriptum ostendit.

Curcut vnus ex Turcarum Primariis (quos Vulgus Bassaham vocant) ob Vomitam circa præcordia hærentem ad extrema vitæ addu-

ctus,

eretur, mo- uen- Dei- garet- acci- isque- trare- ergo- mans- epto- i, in- it, &- ficu- unat- stus- culo- dela- per- Dei- ello- cer- inis- Pri- vo- dia- du-

ctus, à quodam suo mancipio Chri-
stiano suasus, vt Deiparæ Laureta-
næ opem impleret, Consulenti pa-
ret, signisque non nullis supra fron-
tem, pectusque cum dextera factis,
sic ait. Mors meis oculis adest nulla
mihi spes salutis superest, nisi tua
pietas ò Maria Lauretana, te de-
precor, vt tuam super me manum
ostendas, & dum pro Heri sanita-
te deprecabatur famulus; tumor il-
lius frangitur, & per os è pectore
copiosa erumpente sanie, intra bi-
duum incolumis redditur, ipse vero
mira affectus læticia, mancipium li-
bertate donauit, & cum litteris de-
pristina recuperata salute Lauretum
misit, additis muneribus Deiparæ
Virgini offerendis, inter quæ mire
magnitudinis cereû, argenteas lamine
& more Turcarum mantile pulcherr-
imum serico, auroq; contextum, & au-
ratum Arcum cum telis, & pharetra.

Ita, & alia plurima miracula, &
beneficia, Lauretana Virgine interce-
dente, in dies operatus est, eoq; magis
operatur Omnipotens, quæ hic recen-
sere, longum, & arduum esset.

De

*De Deiparæ patrociniò in
suam Sanctam Ædem.*

Cap. VII.

Certissima sunt testimonia, v
ex annalibus, & in præce
dentibus dictum, hanc sa
crofanctam Domum nondum à De
è Barbarorum manibus vindicatam
sed à Regina Cœlorum tanquam
suam sedem, quæ fuit in terris (in
petratis ex Altissimo fulminibus)
semper tuitam esse.

Franciscus Maria Urbini Dux a
Leone X. exutus fuerat Ditione, qu
deinde armis recepta, vltro Picenum
Agrum ipse infesta populatione per
currit, Pape, vt dicitabat iniuriam v
turus. Exercitum habebat ex multa
rum gentium colluione mistum
quibus nec mos, nec lingua commu
nis, sed animus potior in prædam
quam in religionem erat. Cum enim
Dux Recinetum versus castra mo
neret, Militum Turmæ per summum
nefas Almæ Domus Gazæ inhiabân

tam

in tam eorum nefarium ausum, neque
 Ducis imperio, neque vlla ratione
 prohibere poterat, at humano defi-
 ciente remedio, Diuinum præsto fuit.
 Cum enim per Internuncios de Lau-
 retanis diripiendis thesauris clande-
 stina inter se concilia agitarent, ecce
 densa nebula diem illucescentem ob-
 scurauit ita, vt exploratores indi-
 stincti, & cæcutientes in fugam con-
 uersi, à famelicis lupis, è nemore
 prope Filatrani montem egressis, di-
 lacerantur, quo cæteri prodigio ter-
 riti, execrandum facinus in vota
 conuertunt, atque ad nocendum ar-
 ma deponunt eaque Dei Parenti ob-
 tulerunt, quæ quidem hodie in Ar-
 mamentario Lauretano seruantur.

Maumethus II. Turcarum Imperator
 XI. post multas victorias, in
 Italiam irrumpere decreuit, ad Laure-
 tanam proinde Oram cum appulis-
 set, Deiparæ prostrernere Domum,
 eiusque Thesaurum arripere cogita-
 uit, sed eminus conspecta sacrosan-
 cta Æde, vi quadam Diuina terri-
 tus, recessit cū Exercitu, & ad Bizan-
 tii sedem se cum recepisset, mœrore

op-

oppressus vitam cum morte miser ca
 rimè commutauit. Selimus eiusdem fi
 Maumethi Nepos temeritate nihi gir
 lominus perfidiaque ad Italiæ, se ler
 ad Sedis Apostolicæ ditionis euer po
 sionem concitatus, ad Piceni littor tar
 cum ingenti classe, & Piratarum de
 Naubus vela dedit, descensione Cl
 facta, Portu Recinetensi potitur in
 tectaue flammis, & cædibus fo pa
 dat, iam contra sua arma nemi re
 arma ferente, iter Lauretum verso De
 Sacræ Ædis Thesaurum arripiend Ha
 studio, cunctaque euertendi aggre cre
 ditur, sed nil felicius tentauit sus
 quam superioribus annis tentauerat ho
 Maumethus suus Auus, quia ipse mo
 met Sacelli conspectus tantum e ter
 terrorem incussit, vt è vestigi
 terrore perfusus repetit Classem. nia
 haud dubius, vt ore patulo ait Imp
 quin Cubiculum Cœlesti præsidii Lau
 regeretur, & ad regiam inge Ad
 ti mœrore, doloreque regressus refl
 vlcere percussus exitiali, miserim surg
 interiit. Nec tamen exitialis Se
 limi exitus aliorum compressit au & f
 daciam cognitum est deinde ex Tur cim
 ca-

miser- carum captivis, qui in fugam conuer-
 asdem- si, Lauretum ad vota Beatæ Vir-
 nihi- gini reddenda, venerunt, & retu-
 , se- lerunt, Archipyratas, in quorum
 euer- potestate ipsi fuerant, sæpius Laure-
 ittor- tanæ Domus prædande, spolian-
 tarum- deque studio, Lauretum instructa
 ione- Classe petisset, sed vt primum
 titur- in Sanctuarij conspectum venerunt,
 us fo- pauore ingenti Diuinitus iniecto,
 emin- repente regredi coactos esse, vt
 verfo- Dei Numen inibi esse confitentes.
 pienc- Hæc fama inter Barbaros cum in-
 aggre- crebuisset, Pirati post hæc aduer-
 uic- sus Ædem Lauretanam quidpiam
 auera- hostile haud ausi sunt experiri, im-
 ipse- mo audaciam in venerationem ver-
 am e- terunt.

estigi- Solimanus attamen cum Panno-
 em- niam, Dalmatiamque sui iugum
 o au- Imperij ferre coegisset, Classẽ ad
 xfdi- Laureti littora conuerti iussit. In
 inge- Adriatico autem sinu Ventorum vi-
 effus- reslantium procellæ de repente in-
 rrim- surgentes immensæ confrigunt Na-
 s Se- ues, ad scopulos allidunt Triremes,
 it au- & sicuti fama voluit, supra duode-
 e Tut- cim millia Militum, Nautarumque
 ca- de-

demerferunt vnda. Classisque tota
fluctibus iactata, Diuini Numinis ira
infeliciter periit.

Nostrates quoque acies huic loco
insidias, & damna molituræ Cœlesti
vi, aut recesserunt, aut erumnosum
exitum sortitæ sunt.

Exercitus hostium ad inuicem pro
pugnantium Piceno in Agro sibi oc
currentes Alfonsi Aragoniæ, & Fran
cisci Sforziæ, Laureto nil damni in
tentarunt.

Cesariæ copiæ Barbone Duce
Roma inuasa, minimè hunc in lo
cum ausæ inferre manus.

Gallorum Exercitus, Ductore
Ghisio, hac adituri Neapolim, piam
erga Sanctam Ædem reuerentiam
exibuerunt.

Passimque bellici Equitatus hac
transeuntes, Ludrica armorum con
certatione peracta, stricto gladio, ex
plosisque bombardis, Lauretanam
Virginem consalutant.

Id itidem præstant Nauigia, quæ
non procul a terra traiciunt Mare.

Non nulli Lauretanæ Domus Mi
nistri thesauros, quos tueri debebant

tota
 is ira
 loco
 celest
 osum
 pro
 di oc
 Fran
 ni in
 ce
 n lo
 tore
 piam
 iam
 hac
 con
 o, ex
 anam
 qu
 re.
 Mi
 pant
 a-

expilauerunt, & dum illos super Na-
 uem occulta fuga asportabant aduer-
 sa tempestas, eò vnde conscenderant,
 reiecit, itaque in Recinetensium po-
 testatem delati, depræhensique in
 manifesto scelere, ne quisquam de-
 hinc talia auderet, ante Lauretanam
 Ædem suspensi, ne farium sacrilegum
 fœdo supplicio lauat.

Haud multo post facinorosus Vir
 agitavit animo furtim exeundi sacel-
 lum, socium proinde idoneum na-
 ctus, ferramenta parat, quibus Va-
 luarum, & Arcæ nummariaæ seras
 aperiant. Omnibus in eam rem pa-
 ratis intra Virginis Cellam solerter
 se occultit. Inde concubia nocte Sa-
 crilegium exsequens, sacra dona au-
 rea, argenteaque in locum congerit,
 movque Arcæ, & Sacelli foribus pa-
 tefactis, Templi quoque Valuas mo-
 litur. Tandem his quoque refractis,
 circumspicere capit, quærens oculis
 adiutorem sceleris, qui in Templi
 vestibulo (sic enim conuenerat) il-
 la ipsa hora præsto esse, & Sacra do-
 ua, nummosque in destinatum locum
 abdere debebat. Ecce sibi dum inten-

tius

tius circumspēctat, Armatorum Agmen (Cœlestium autem ante Virginis Adem excubantium esse creditum fuit) adesse cernit, quorum inopinatus aspectus tantum illi terrori incussit, ut Valuis properè clausis delitescit, sed infelix vitatum credendi discrimen, stimulante avaritia rursum audere cœpit. Igitur patefactis iterum Templi foribus, socium sceleris quæritat, cœterum ei cœlestis illa acies semper infestis occurrebat armis, ac trepidum effusa fuga compellebat in Templum. Ita nocte assumpta, de salute magis quam de præ a sollicitus, irritò incepto, abire statuit, iamque apparente Aurora per auersam Templi Portam capessebat fugam, cœlestium occursum excubiarum earundem territus in Sacrosanctam Cellam refugit; manebant adhuc manifesta sacrilegij incepti vestigia, dum superuenientibus Sacelli Custodibus, Valuis refracta sacraque dona congesta, illum sacrilegij suspectum secerrunt, ac trepidantem conceptum nefas retegir, comprehenditur igitur cum sceleris conf-

scio

scio, habita mox questione, rem omnem confitetur, & morte afficitur turpissima.

Nedum contra Prædones, & Armatos Virgo Mater suam tuetur. Ad eam sæpè proinde sunt retardatæ Naues, extinctæ familiæ, deperditæ fortunæ, latrunculi de medio sublatis; Eamque iniquè administrantes graui pœna multati. Similia discrimina subierunt, qui de Sacra Domo aliquid cœmenti, pulueris ve, arenulæq; surripere auderunt, nam Virgo Parens ab his ablationibus abhorret. Enarratione igitur nonnullorum omissa, qui ad rem temerarium adiacerunt animam, pauca tantum proferuntur specimina. Vir quidam ex præcipua Ciuitate nobilis, & copiosus (nomen, & patria suppressitur, quia ipse suppressum voluit) Lauretum venit, & ex sanctissima Virginis Cellula exiguum subtraxit lapidem, domiq; suæ seruabat omni honore, & Cultu, sed ille cultus haud cœlestem leniuit iram, nam Deo matris suæ vendicâte, miser ille orbitate filiorum, & amissione fortunarum sacrilegam religionem iuis

F

ita.

itaque ut erat Vir prudens & sapiens aperuit aliquando oculos, & Deum alicuius sceleris ultorem esse perpedit, tamen, & si omnia sibi accideret videbat apte ad representandam iram Diuini Numinis, illa tamen suo merito accidere non videbat. Ergo ab ægitudine simul corporis & animi omni spe iratum Deum placare conabatur, sed iræ materia apud eum quamuis ignarum residens irrita faciebat omnia. Proinde Virginis Lauretanæ, cui verè, & ex animo addictus erat, auxilium pariter, & consilium implorat, nec mora vllata fuit, quin monitu disceret, Lapidem ex Lauretana Domo sublatum causam esse cœlestis iræ, eamque non nisi sacro lapide restituto, placari posse, at illæ refertus lacrymis, religiosè a Deo, Deiparaque audaciter veniam exposcens, ipsemet Lauretum referre, quod abstulerat, desiderauit; nec in irritum preces eecidere, nam culpam agnoscenti Mater Dea indulgit, & extemplo depulso morbo alacer pergat Lauretum, saxum restituit, vota persoluit.

Fe.

tu
cr
ge
re
m
pr
te
qu
ig
fe
su
co
no
co
ve
ve
cr
de
pe
se

Io
A
C
ag
P
C

Fæmina ex Agro Piceno post diu-
turnum matrimonium, nullum pro-
creauerat foetum, hæc mœrore an-
gebatur ita, vt vñdique sterilitatis
remedia quæreret, quocirca eius inti-
ma dixit illi, nullum esse remedium
præsentius ad abolendam sterilita-
tem, quàm Lauretanæ domus reli-
quias, piè, religiosèq; custoditas; Illa
igitur cœmentum arripuit, sed mani-
festa Dei vtoris ira, nam febris domū
suam illud asportauit, & ægritudo
corporis adeo animum vrgebat, vt
non vehementius febris æstu, quàm
conscientiæ vexabatur, nec prius à
vexatione conquieuit, quàm Lauretū
venit, vbi Sacerdotem acciuit, & la-
crymas pœnitentiæ indices profun-
dens, ablatum reddidit lapidem, &
pœnitentiæ valetudinem non tantum,
sed & veniam consecuta est.

Haud minus iam dictis euenit
Ioanni Suarez Coimbriæ in Lusitania
Antistiti, tunc temporis Sacro in
Concilio Tridenti congregato,
agenti, qui Pio Quarto Summo
Pontifice sedente, lapidem sacris è
Cubiculi parietibus auulsum, impe-

travit, directo animo suam Eccle-
 siam cum reverteretur, insignem in
 ea excitare Capellam, & Sacelli la-
 pide eam expolire, ac in ægritudi-
 nem lapsus, nec vlllo modo in vale-
 tudinem, & vires, quas amiserat, se
 reducere nequiens, preces à pijs
 in Deum effundi curavit, & dum
 à febris æstu eo amplius vexaba-
 tur, per quamdam Virgunculam
 accepit, vt lapidem Sacræ Cellulæ
 Lauretanæ redderet, secus nec sa-
 lutem, nec mitiora neutiquam spe-
 raret. Episcopus re audita, lacry-
 mis Deiparam, vt sibi parcat, im-
 plorat, & lapidem Sacræ Domui per
 Franciscum Stellam de Aretio suum
 Capellanum remisit, qui mense Apri-
 li ineunte Lauretum attigit, protu-
 nusque Laureti Præsidi rem om-
 nem, vti gesta erat, enarrat, &
 lapidem argentea, vt erat theca
 inclusum cum Episcopi litteris tra-
 dit. Cum primum hæc fama ad au-
 res Sacerdotum, qui rem tentantibus
 malè ominati fuerant, pro se quisque
 fremuerunt, Lauretanam Virginem
 Natalis suæ Domus Vltricem, ne ta-

lia

lia post hac alius auderet, oculos
 mortalibus aperuisse, insigneque de-
 disse documentum. De tam evidenti
 miraculo lapidis ita fama percrebuit,
 ut cunctis Oppidanis, Aduenisque fi-
 nitimis visendi studio concurrenti-
 bus, supplicatio fuit indicta, & Epi-
 scopi Coimbriensis litteris, quæ rem
 totam exponebant, propalam reci-
 tatis, insignis lapis, quanta maxi-
 ma tum potuit pompa, à Præside, Ca-
 nonicis, & Sacerdotibus circumfer-
 tur, prosequentibus amplius duobus
 hominum millibus, & ad sinistram
 Sacri Cubiculi in suum locum, fer-
 ro reaticulo cinctus, repositus fuit ad
 monumētum quoque Posterum, eum
 esse temeritate hominum exem-
 ptum, Dei providentia restitutum.
 Litteræ autem Episcopi, ad Pium
 Summum Pontificem transmissæ,
 tanquam miraculi testes, quæ hodie
 cum alijs litteris ad Pontifices perti-
 nentibus, Romæ servantur in Arce
 Sancti Angeli, & illarum exemplum
 in Sæctæ Aedis Armariolo custoditur.
 Epistola igitur de verbo ad verbum
 in latinum translata, talis est.

Præsidi Lauretano salutem

I O A N N E S

Episc. Coniembriensis.



Ro mea erga Lauretanam
 Virginem religione eius
 Aedis lapidem (quod te
 non fugit) summa ope
 operaque curaueram, & demum in
 terdicti Pontificij religione solutus
 Pontifice maximo Pio IV. impetra
 tam, Cardinale Carpeni Laureti
 Patrono non inuito. Quippe, &
 inusitatus morbus prosperam meam
 valetudinem diuinitus afflixit, & pio
 rum, Deoque acceptorum hominum
 monitu hanc morbi causam esse per
 spexi. Itaque ego nulla interposita
 mora, veniam, pacemque à Deo,
 eiusq; Sanctissima Parente præcatus,
 Sacrum lapidem per eundem Fran
 ciscum Stellam Aretinum Sacerdo
 tem meum, qui istinc eum abstule
 rat, referendum curavi. Quæso, ob

te-

te
re
fuc
qu
ve
ti
ue
pi
m
au
m
pe
Æ
est
in
cu
bu
qu
m
mi
lia
cu
m

m restorque, vt remissum, qua par est
S religione, ceremoniæque recipias, ac
 suo reponas loco vna cum calce,
 quæ pariter remittitur. Vnum oro,
 vt arculas argenteas, quibus ea con-
 tineretur, velut testes miraculi asser-
 ues ad posteritatis memoriam sem-
 piternam. Gratissimum quoque
 mihi erit, si Cardinalem Patro-
 num, ipsumque Pontificem Maxi-
 mum de tota re facies certiores, vt
 post hæc censuras Ecclesiasticas in
 Ædis Lauretanæ violatores ratas
 esse velint, ne quid omnino illinc
 in posterum auferatur. Orabis etiam
 cum istis religiosissimis Sacerdoti-
 bus Beatam Virginem, vt hoc quid-
 quid est sine erroris, siue culpæ cle-
 menter mihi condonet.

Datae Tridenti VII. Idus Aprilis
 M. D. LXI.

atus Subinde tam certi, exploratique
Fran- miraculi fama per Picenum, Ita-
erdo- liamque vulgata, loci religionem,
stule- cultumque plurimum auxit, &
, ob- maximam vndique peregrinorum

molem cum donis exciuit, fati-
 constat intra vnus mensis spatium
 supra quingenta Aduenarum mil-
 lia studio celebrati illius lapidis vi-
 sendi, osculandique confluisse Lau-
 retum.

Quæ nam sit Lauretanæ Cellulæ
 sanctitas ex præcedenti capit. V-
 tantisque miraculis habetur, at ne
 quispiam ambigere possit, Deus
 insigni miraculo eius religionem san-
 xit. Anno 1557. Genuensis qui-
 dam, (cuius nomen parcitur, v-
 famæ parcat) haud obscuris pa-
 rentibus natus, vitiosus magis quam
 pius, Genua Lauretum proficisce-
 batur. Is in itinere Diaboli vitio-
 que concitatu, suspicari primo,
 deinde credere cepit, Lauretanam
 Aedem, non vetustum esse monumen-
 tum Beatæ Mariæ, sed superstitio-
 nis, auaritiæque nouum Commen-
 tum, cæterum hominis cogitatio,
 haud impunita diu fuit, nam illo ipso
 die equus, quo vehebatur cor-
 ruens totius mole corporis equitan-
 tem oppressit adeo vt miser ille
 fractus, & semianimis sub equo

iace-

iac
qu
te
in
gi
La
fr
ec
pr
sc
in
di
pa
im
re
va
no
La
cu
co
pe
co
tur
cu
ab
tur
stic

iaceret in via , nullo mortalium ,
 quia nemo aderat , opem feren-
 te . Itaque (vt dedit vexatio
 intellectum) temeritate in reli-
 gionem versa , Beatam Mariam
 Lauretanam inclamat , nec fru-
 stra , nam protinus expeditus
 equo , surgit incolumis , sed
 prompta Dei Clementia non di-
 scussit semel conceptam hominis
 insaniam , sed breui ad ingenium re-
 diens , miraculum illustrius fecit ;
 paulum inde progressus , acrius
 instigante Diabolo , quæ de Lau-
 retana Æde mirabilia feruntur ,
 vana esse , in animam suam omni-
 no induxit , haud impunè . Iam
 Lauretana Ædes in conspectu erat ,
 cum animi cecitas redundauit in
 corpus , offusa oculis caligine , re-
 penteque sum , haud mentis
 compotem , vires repentè desti-
 tuunt .

Trepidus ergo , & attonitus ,
 cum regere nequiret Equum ,
 ab Equo ipso prouectus Laure-
 tum , ad proximum hospitium si-
 stitur , vbi animo penè liquente ,

F I ab

ab hospite defluens excipitur
 & inter manus in cubiculum de-
 latus, collocatur in lectulo. Tunc
 vero manifestam iram Dei bis in
 eodem tinere expertam, inten-
 tus animo ipse secum reputavit,
 & ex presenti luminum orbitate
 grauiorem cladem extimescens,
 vbertim flere cepit. Is metus sa-
 lus ei fuit. Diuino sub inde ta-
 ctus lumine respicit, & penitens
 ad expertam Virginis clementiam
 receptum, ac tutum fore spe-
 rans, veniam à Deo, Deiparaque
 exposcit; Profitetur, & vouet in
 posterum se haud secus de Lau-
 retana Cella, quam Christianus
 Orbis crederet, crediturum, mi-
 rabile dictu, mentis lumen, ocu-
 lorum lux consecuta est, igitur ad
 Sacrosanctam Aedem pergit, & vi-
 tæ maculis sacra confessione ab-
 stersis, Beatam Virginem enixè
 veneratur, & lætus illam religio-
 sè cernit ijs oculis, quos nuper,
 eadem irata amiserat, placata
 receperat.

Utque magis Lauretanæ Virginis
 pa-

pa

patrocinium pateat in suam Ædem,
aiunt Scriptores. Si hanc Ma-
riæ Domum singulari pro-
videntia Deus non
servaret. Vti-
que nec
tot
annos ea durare, nec tam il-
lustribus coruscare mira-
culis in hunc vsque
diem potuis-
set.



*De Indulgentijs, Priuilegijs,
ac donarijs Romanorum
Pontificum.*

Cap. VIII.

EX temporum monumentis, Diplomatumque habetur, omnes Pontifices Maximos hanc Sacrosanctam Domum, post Lauretum transuetam, suis quibus decretis, qua Indulgentijs, qua donarijs locupletasse.

Benedictus XII. Tolesanus anno salutis 1347. primas contulit Indulgentias, Recinetensi Senatu specialiter deposcente.

Urbanus VI. ob micantes radios qui noctu Vigiliæ Natiuitatis Deiparæ anno 1388. hoc super Sacellum descenderunt, plenariam imperciuit pro Mariæ Natali.

Bonifatius Nonus biennio elapso eas pro trimestri autumnali comprobauit.

Martinus V. ut eo magis Sacri Cubiculi honos, hominum concursus

augeretur, Recinetenses tunc temporis nudini frui posse concessit.

Nicolaus V. pro die festo salutatae Virginis alias adiecit Indulgentias, decrevit authoritate Apostolica donaria, oblataque Lauretanæ Virgini nullo modo, & quavis causa absque permittu, & Bulla Pontificia alienari, seu permutari posse.

Calistus III. ab hostium iniurijs, ac repentinis impetibus Sacellum arcendi cupiditate flagrans, armis propulsatorijs communiuit Templum, & cum tela Turcarum ad ea tempora in Achaiã, & Epyrũ victricia progredirentur, ad ea retundenda Christianæ Reipublicæ Principum contraxit auxilium. & Classe composita, Duce Aquileæ Patriarcha, factum est, ut non nullis Asiæ Oris, locisque depopulatis, hostis furor opprimeretur.

Pius II. Sancita à suis Prædecessoribus effici curavit.

Paulus II. Venetus præclara ex familia Barba, adhuc S. R. E. Cardinalis, vita functo Pio, Romam rediens, ad ulcere deprehenditur exitiali, ardoreque febrili, & acerbo capitis,

inguinumq; dolore cum grauiter præ
 meretur, vsque adeo, vt equitare
 amplius non posset, in tam graui ver
 tante periculo, non eminus à Sacra
 Lauretana Domo se abesse recordatus,
 ad eam pergit, illucque ingressus, quæ
 maxima pietate posuit, Deum, Dei
 que Parentem implorat, inde alto
 somno immerfus, cœlitus in illo fact
 admonitus, se in locum decessi Pon
 tificis successurum fore, ac experre
 ctus incolumis, gratijs pro beneficio
 humiliter actis. Cubiculi accito Præ
 fecto, pro amplioris Templi edificio
 ei, vt apparatus ab omni re, videli
 cet calcis, lapidum, laterum, ligno
 rumque ingentem faceret, mandauit.
 Demum ad Urbem peruentus, vnani
 mi Cardinalium consensu electus Pon
 tifex, humiliora Templi Lauretani
 fundamenta (spreta mora) destrui
 nouumque magnificentiori forma
 ædificari voluit, quod ad nostra vsq;
 tempora perseuerat, decoreq; affluit.
 Indulgentias pro Beatæ Mariæ Nati
 uitatis, Purificationis, & Assumptio
 nis Festiuitatibus, pro anniuersarijs
 Dominicis, Hebdomodæ maioris die
 bus

bus, Resurrectionis Domini, Pentecostes, & Corporis Christi cum octava solemnitatibus amplificavit. Sacerdotibus, ad confessiones excipiendas designatis, auxit auctoritatem, quæ in criminis absolutione solum spectat ad Apostolicam sedem, ac Decumis exemit Lauretum.

Xistus IV. indulgentias enarratas comprobavit, & vota quæcunque permutari posse, præter Summo Pontifici reservata. Templi mœnia contra hostis iniurias, omnesque insultus munivit propugnaculis, quorum aspectus Arcem esse pronunciat cum domicilijs imbricatis ad usum militum. Duobus insuper molitrinis additis, nec non cominus Armamentario.

Innocentius VIII. anno salutis 1491. ne dum Sacro Cubiculo gemmatam rosam, sed Templo peristromata dono dedit & compertum habens Patres penes Carmelitas olim Nazarethi Ediculæ sacræ curam fuisse, illorum triginta ei præesse mandavit auctoritate eadem, qua Poenitentiarij Apostolici funguntur.

Julius II. pro Annunciationis die
alias

alias adiecit Indulgentias, & à Re-
netensi ditione se creuit Lauretum, Sa-
cræ Domus Patrocinium sibi ascivit
eamq; tanquam Sacellum, siue Capel-
lam Pontificiam haberi voluit, in quo
non secus, vt Romæ in Basilica San-
cti Petri coram stante Pontifice Maxi-
mo solemnî ritu, & pompa res sacra
fieri possint. Duas præstantes nolas
organumq; formari, & ligusticos ve-
hi lapides, quibus Alma Domus con-
uestiretur, curauit, properauit. In-
de vt Pontifex gratus non tantum, se-
pius in Virginem, impensius Laure-
tanam Ædem decorare cepit; Proin-
de Aram maximam sacra suppellecti-
li ad augendam ratus, egregium Ami-
culum attalico opere crispante, ar-
genteam Crucem pondo librarum
quadräginta illulam auro, antiquoq;
opere celatam, bina etiam sesquicubi-
talia candelabra eiusdem materiæ, ac
operis, pondo 26. ab Vrbe misit cum
hac inscriptione.

*Julius Secundus Pontifex Maximus
Deiparæ Virgini Lauretanæ dicauit
anno Domini M. D. X. in hoc signo
vinctus.*

His

Recipi
 n, Sa
 ciuit
 Tape
 n qu
 a Sac
 Max
 sacre
 holds
 os ve
 s con
 . In
 n, se
 aure
 Proin
 llecti
 Am
 , ar
 cum
 quog
 icubi
 iæ, a
 : cum
 imus
 cauit
 signo
 is

His neque contentus binos insuper
 Aræ ornatus, seu frontalia villosi ho-
 loserici cerulei, insignes ob aureum,
 & margaritas opere phrygio addidit.
 Altarium ornatui ministrorum orna-
 tum adiecit. Mitram egregiam, aliaq;
 Pontificum ornamenta, quibus Pon-
 tifices, vel Episcopi sacris operantes
 vtuntur. Cochyliata insuper peristro-
 mata, Templi parietibus ornandis,
 aliaq; cōplura munera dedit, dicauit.

Leo X anno à partu Virginis 153.
 Indulgentias ampliauit pro Natalis
 Redemptoris quadriduo, pro Augu-
 stissimi Sacramenti die cum octaua,
 & pro septem Laureti Templi Altari-
 bus impertiuit, quæ septenis Romæ
 Basilicis sunt impertitæ, aliæque in-
 præcedentibus relatæ voluit, vt in suo
 robore, & irreuocatæ habeantur. Cā-
 panam rare magnitudinis viginti mil-
 lium pōdo fundandam curauit, eamq;
 Lauretam oppidi nomine appellauit.
 Aduersus repentinas hostium iniurias
 Lauretum fossis, aggeribus, menibus,
 & propugnaculis communiuit, quibus
 ad arcendum Infertas, tormenta
 anea addixit.

Paulus

Paulus III. fornicem Sanctuarij religio-
dine corintho, aditis vndequaque tem-
superiori parte columellis, extruxit pecu-
vtque erga se Deiparæ clementia ex-
taret, magnam pecuniæ summam clar-
beraliter obtulit.

Iulius III. anno à partu Virginis casti-
1554. cum fama latefceret de utilitate mu-
te, quam Cattolica Religio exigebat. Ge-
pijs ex operibus Diui Ignatii Loyola Diu-
Societatis Iesu fundatoris, & Carmelitus
litæ Patres nouem post annos ob aetate que
insalubritatem Lauretanæ à cura Pontificis
nitentiaria recessissent, mandauit, vt
Societatis Patres ab eo deligerentur leg-
qui tanquam Apostolici Pœnitentiarii que
rii inibi residerent. Duodecim pro largi-
de fuerunt electi summa cum auctoritate que
tate ad confessiones excipiendas, cuius Do-
que laudabiliter suo munere fungerentur Tri-
tur, mouerunt pro bono publico plu-
Pontificis animum, vt religiola eo gen-
rum familia vsque ad triginta sex ad-
geretur, at minorem deinceps numero Re-
rum pro Ecclesiæ ministerio sufficere reti-
reperit, ad viginti redacti sunt. bus

Pius IV. & Paulus IV. vt erga Sanctuari-
cram Ædem augetur honos, & religio

ligio

arij religio, & ad publicam Laureti utilita-
 que rem, multa sibi susceperunt, multamq;
 truxerunt pecuniam erogauerunt.

cia e Pius V. cuius pietas, & Sanctitas
 nam claruit, studio feruente pro Sancta,
 Domo elaborauit, eique pallium,
 Virgin cassulamque opere attalico crispante
 vtilit munifice dedit.

rigeba Gregorius XIII. anno a reconciliata
 Loyola Diuinitate 1574. Indulgentias supe-
 Carme rius adductas comprobauit, addidit-
 b aer que ne illis Romani Iubilei sacer an-
 a Po nus (quo tempore vbique Terrarum
 nit, cœteræ reuocantur) obstaret. Col-
 entur legium Illyricum fundauit. Imagini-
 tentia que sacræ prætiosa dona munificè
 proi largitus est, & vna cū aurea Rosa, quæ
 iehor quotannis in quarta Quadragesimæ
 s, cū Dominica à Pontificibus benedicitur.
 geren Triennio postmodum elapso Tem-
 ublico plum exornauit. Aram cum Indul-
 la eo gentiis pro Defunctis concessit. Utq;
 ex ar ad vsum cuiuscunque etiam remotæ
 nume Regionis Historia Lauretana euulga-
 ficere retur, compendium octo Idiomatici-
 nt. bus. Latino, Arabo, Greco, Ger-
 a Sa manico, Gallico, Hispanico, Illyri-
 & re co, atque Polono describi iussit in ta-
 gio bulis

bulis, quæ in Ecclesiæ columnis per
dent. Itidemque Indulgentiarum tam
elargitiones in marmore incisibus
fuerunt.

Xistus V. Picenus anno Domini C
1586. Ecclesiam Lauretanam Episcopi
pali Sede, oppidumque Ciuitatis Offi
mine, ac diplomatibus condecorari
uit. Ad publicam Aegenorum vince
rarem Pietatis montem erexit; Teget
pli constructionem aspectus per Lau
voluit, & argenteam pro Deipara debe
vestem egregiè cœlatam donauit. Sa

Clemens VII. plenaria Indulgentia
quotidiana locupletem reddit A
culam Sacram.

Paulus V. diplomata ampliauit
eoque perurgente Cardinalis Gall
Sanctæ Domus Patronus duos extr
xit fontes alterum intra Ciuitatem
tis egregium, alterum extra Portam
Romanam.

Innocentius X. vt Indulgentia
Lauretana in suo robore, ac irreu
cata permanere deberent, cum
plomate eodem anno Iubilei Sanct
a se indicto 1650 expresse declarauit.

Alexander VII. Culcitram pen
lem

lem opere phrygio, auroque contex-
tam, cuiusmodi a Summis Pontifici-
bus Romæ Basilicis, pro vt consue-
tudo est, obtulit Sanctuario.

Clemens X. Temp um Lauretanum
Expoliuit; Cœmeterium excitavit.
Officinam Sanctæ Domus Aromata-
riam exornavit. Noui fontis irrigui-
m inceptum opus, ne retardaretur, vr-
get. Utque Indulgentiæ Sanctuarij
Lauretani permanere in suo robore
debeant, ne ve his Romani Iubilei
Sacer annus obstaret, peculiari

suo diplomate hoc ipso an-
no Iubilei ab ipso edi-
dito 1675. de-
clarauit.

† †



De

De Principum Virorum peregrinatione ad Lauretanam Ædem.

Cap. IX.

Plerique vera sunt maximi Viri, Fœminæque dignitate celebres, qui ad Lauretanam Ædificulam visendam, & venerandam propensi, magna pietate, summoque fastigio eius abiere peregrinationem, illorum igitur hic aliquot recensentur, & primo inter Summos Antistites.

Urbanus V. anno à partu Virginis 1366. ut pacis fœdera inter Principes Italos, adiuvicem dissidentes, auctoritate sua firmaret, Avinione, Romanam venit; Cum enim animos reconciliauit, iterumque Avinionem repetiit, quo Clemens V. Aquitanus in anno 1305. Sedem Apostolicam deportavit, & Gregorius XI anno 1376. Romæ Vrbi restituit.

Pius II. ne dum litteris, sed legationibus, ut Christianæ Reipublice

Prin-

Principes contra Turcarum arma, si
 bi opitularentur, instetit; Eorum insu-
 per auxilium in Concilio Mantuæ cō-
 gregato, properavit in præsentia,
 milites proinde signati Cruce, & Cru-
 ciatæ milites vocati, Anconam pro-
 gredi, & Pontificem inibi præstolati
 debebant, cæterum Pius non tum ob
 senectam, quàm itineris intemperan-
 tiam, egrotavit ita, vt medica desti-
 tutus arte, Deiparam implorat Lau-
 retanam, nec fufis in nubila precibus,
 conualuit, sic enim anno 1464. ingen-
 ti Procerum, & Cardinalium comi-
 tatu Lauretum adiuit, & Sacellum in-
 gressus, votum soluit his verbis.

*Tibi Deo gratias humiliter ago, vt
 Matre tua Virgine intercedente, me
 tuum seruum, ad opus tuum exeuntem,
 stantem, ministrantem, pro te laboran-
 tem, diuina tua Virtute seruasti, serua-
 tumq; atque incolumem huc reduxisti.*

Alijsque traditis pietatis argu-
 mentis, ponderosum calicem solido
 ex auro, affabrè manufactum, dono
 dedit, & Anconam illinc perrexit.

Iulius II. afflictatus, vt à libertatis
 Euersoribus Sedis Apostolicæ Ditio
 moleq;

molestijs, & iniurijs afficeretur, Bon-
 noniam adiuit, expulsis illinc Benti-
 uolijs, tranquillitatem Ciuibus, &
 Accolis restituit, inde Fori Iulij, Fauē-
 tiæ, Rauennæ Vrbes, & alias cum Op-
 pidis (virtute, fortunaque concurren-
 tibus) recuperauit, ratus autem
 expugnationem Mirandulæ, sui Du-
 ces militares, quantum cernere so-
 erat, ab illa abhorrebant, ipse tamen
 prosequi quàm recedere maluit, & a-
 eorum excitandum animos, illuc cum
 exercitu pergit, ac pertinaci furore
 varioque discrimine cum oppugnare
 Arcem, ictum tormenti muralis con-
 tra se ab obstantibus explosi, Deiparæ
 intercedente Lauretana, quàm sem-
 per habebat in corde, declinauit. Pro-
 tam insigni beneficio, ad vota reddenda,
 da, Mirandulæ expugnatione, alij
 victorijs clarus, Lauretum venit,
 gratijs Deo, Deique Parenti vber-
 mis actis, eundem globum è bombarda
 nitratis ignibus emissum, ad per-
 petuam tanti miraculi memoriam
 Sancta Domo suspendi, & seruari vo-
 luit, munera, quæ prætiosa obtulit
 in cap. antecedenti sunt iudicata.

Cle:

Clemens VII. anno Domini 1527.

Carolo V. Cesare Hispanijs degente, ab eius armis, Borbone Duce, fraude, doloque Roma Vrbe capta, in Sancti Angeli Arce se cum Cardinalibus recepit, cœterum vim hostis sustinere, nequies, & votis, & litteris Laureti Dei Parentis implorat auxilium, ac precibus accedentibus, haud multo post inter obsidentium tela lapsus, tutum se reddidit. Inter hæc tria aureorum millia ex Aere Lauretano collecta, Pontifici inopia laboranti, & in oportunitum subsidium missa fuere, ita gemino Virginis Lauretanæ beneficio periculum, & ægestatem vitauit.

Anno autem 1530. Bononia rediens, vbi Insignibus Imperij Carolum Quintum exornauerat, Laurentum diuertit, Deiparam, Liberatricemque suam veneraturus, Deo, eique Virgini gratiis humiliter actis, tria aureorum millia à Sacelli Regimine, iam sibi mutuata, restituit, & inchoatum marmoreum Sacræ Domus superindumentum, nec non Templi, Tholique ædificationem summa vi urgere statuit.



Paulus

Paulus III. cui Deiparæ Lauretanæ
 magis, atque magis inerat pietas, se
 mel atque iterum Domum Sacram
 uisit, primo cum Lucam Urbem
 anno salutis 1541. profectus, ac inde
 decessus, Lauretum quæsiuit; Inter
 duo biennio Gennam, & inde Laure
 tum adiuit, ubi Virgine enixè confa
 lutata, apud eam prætiosa munera de
 posuit, & Palatij ædificationem ad
 exitum perducere mandauit.

Clemens VIII. Ferraria, eiusq; di
 ctione feliciter recepta, illuc cum
 quatuordicim Cardinalium, & insigni
 Romanæ Aulæ comitatu proficiscens,
 ad Sacram Lauretanam Ædem pietat
 tis ergo venit, ubi triduo commora
 tus, ter Missæ sacrificium in Sancta
 Ædicula Deo obtulit. Crucem ma
 gnam. Candelabra ex argenteo sex
 opere egregio, Cassulam albam, &
 alia quibus indutus celebrauerat, pal
 liumque ad Altaris ornatum ex argente
 a tela, cruraq; argentea duo dono
 dedit, pecuniam insuper elemosinæ
 nomine in Arcam intulit anno salu
 tis 1598. die vero 22. Aprilis.

Cardinalis Ceruinus, qui ad Pontif
 licæ

etantificatum euectus, Marcellus II. deinde
as, se vocatus fuit, prope Laureum, vt cre-
am in brius sacros sibi parietes osculari, ac
bem venerari liceret, domiciliū sibi elegit.

Non pauci pariter antequam ad
Summi Pontificatus apicem euecti ef-
laure sent, S. Domū præsentis venerati sunt.

Inter Cæsares.

Ioannes Paleologus Constantinopo-
litanus Imperator anno salutis 1406.
Romam, vt Pont. Max. tanquā in ter-
q; di- ris pro Christo gerenti, obedientiam
cum profiteretur, profectus est, dum illinc
nfigi decessit, Lauretanam Ædem humili,
scens pioque animo inuisit.

Carolus IV. non multo post cum
vixore, filijsq; Romam veniens, Impe-
ratorio Diademate publicè decoran-
ma- dus, non antea se Regem ostendit, vt
o ser aiunt Neullerius, & Matthæus Villa-
i, & nus, quā Apostolorū Basilicas, maio-
, pal- resq; Urbis Ecclesias sub Peregrini ha-
rger- bitu, venerabūdis vificasset, deinceps
dono Laureum versus iter habuit, & Virgi-
ofine nē Deiparam pio corde consalutauit.

Hoc idem præstitere Federicus III.
& Carolus V. qui in Sancta Domo sue
pont- Religionis argumenta comprobarunt.

Magna fuit pietas Augustæ Mariæ, quæ Philippi IV. Hispaniarum Sororis, & Cæsaris Leopoldi primi sceleriter nunc imperantis mater, cum Procerum, & Aulicorum comitatu maximo anno 1631. Lauretum venit, deuotissima humilitate partem noctis orans exegit in Sancta Aede, ubi Deiparæ Virgini Aquilam auream ad mantibus perfusam prætiosis, simulq; aureum vellus munificè obtulit.

Inter Reges.

Alphonſus Aragoniæ Neapolis Rex Religionis ergo Sacrum Cubiculum magno cum Comitatu uisitauit.

Dux Neapolis Regina Senior, & Junior Aragonenses cognominatæ, ad Ædem Lauretanam (miraculis maxime inclitam) uisendam accedunt anno salutis 1514. Itaq; cum magnificè Aulicorum caterua Neapolitani Regni interiora penetrantes iugenti Populorum gratulatione exceptæ fuere, quo tempore Pontifex Max. Leo X. in omnibus Sedis Apostolicæ Ditionis Oppidis, quæ erant in uia, magno honore haberi iussit, & cumulacissima in per delictorum ueniam, & ipsis Regina

ginis

ginis, & cæteris Lauretum ad illarum
aduentum occurrentibus, Sacram
Ædem ritè venerantibus, impertiuit.

Bineq; Vngariæ Reginae Sacellum
visendi, venerandiq; studio, Lauretum
comitatu, quo par erat contenderunt.

Exequè.

Bona Sforzia Poloniæ Regina.

Stephanus Bathoreus Poloniæ Rex.

Alexāder, & Ladislaus IV. Poloniæ
Reges cū sibi suppare Casimiro fratre.

Carlotta Cypri Regina, à Iacobo
Lufignano eius fratre spurio paterno
Regno exuta, Romam venit, & Lau-
retanam Ædem perennibus lacrymis
inuisit, deinceps è vita decessa tumu-
lum in Ecclesia Angelorum S. Fran-
cisci de Assisi recepit.

Catarina Bosnæ Regina itidem a
Turcarum telis expulsa, Ædis Laure-
tanæ limina coluit.

Catarina Cornelia Veneta Cypri Re-
gina Vidua, cum Insulam à Turcarum
invasionibus haud tueri nequirit, illā
suz Reipublicæ, ne iniurijs afficeretur,
attribuere sano existimauit factū con-
silio, ad patriam igitur se recipiens,
Sacrosanctum Cubiculum visitaui.

Alexandra Christina Suecorum Regina dum Romam ingenti Aulicorum comitatu venit, in omnibus Sedi Apostolicę Ditionis Civitatibus, & Oppidis per viam, iussu Summi Pontificis Alexandri VII. ingenti honore habitus fuit, & à Populis magna insuper excepta gratulatione, quorum plurimi aduentum, quem fecit Lauretum, apparatus videndi gratia, illuc occurrerunt. Ipsa vero in S. Aedem ingressa, plures horas precibus exegit, Divina sinaxi se refecit, & suę pietatis, ac religionis præclara dedit argumenta. Indigressu præcipua inter munera, que reliquit, aurum Diadema cum sceptro prætiosis lapillis concessitum, Beatissimę Virgini obtulit.

Esacro Purpuratorum Senatu quã plurimi passim quot annis Ecclesiasticę dignitatis Antistites ferè innumeris non modo Europi, sed Arabes, Indi, Fœnices, atque Armeni.

Brugni insuper, & Arimini Reges in Iapponia Indiarum Regione imperantes, missis ad Romanum Pontificem Gregorium XIII. Legatis Manicio, & Michaele regio sanguine ortis, nobis

nobilium cœtu eos comitante, impo-
 fuerunt, vt exhibita Christi Vicario
 obedientiam, Sacram Lauretanam
 Ædem inuiferent, & eximio pietatis
 lenſu fecerunt.

Inter Beatorum numero adſcriptos.

Franciſcus Xauerius, Franciſcus
 Borgia, olim Gandræ Dux, Caroli V.
 nepos, Franciſcus Saleſius, Aloyſius
 Gonzaga Marchio Caſtigionēſis, Ia-
 cobus de Obſeruātia S. Franciſci, Phi-
 lippus Neriſ, Carolus Borromeus ad
 Lauretanā Ædem ſæpius religionis er-
 go peregrinus itabat, alijq; permulti.

Ex Auſtriacis.

Ioanna Magna Hetruriæ Duciffa, &
 Ceſaris Ferdinandi I. Soror, præclaro
 Comitatu Lauretū adiuit anno 1572.
 humiliq; pietate Sanctuarium viſitauit
 vbi precibus, miſtis lacrymis, effuſis,
 duo aurea, gemmata corda obtulit,
 nempe Virgini Deiparæ vnum, Ieſu
 Infanti alterum, aliaq; munera dedit,
 quorum manupretium ad octo aureo-
 rum millia peruenit.

Maria Magdalena Auſtriaca æquē
 magna Hetruriæ Duciffa, & Iſpania-
 rum Regina Mater anno Dñi 1581.

quæ regio comitatu, cinereo, abie-
 ctioque vestimento superinduta, v-
 primum Recineto egressa, Laureta
 næ Basilicæ tecta procum conspexit,
 lectica, qua vehebatur, exiit, præ-
 cumbit in genua, Beatissimam Virgi-
 nem salutat, reliquum viæ spatium a-
 tres mille passus cum Episcopis ali-
 quot confecit, ad Beatæ Virginis Ad-
 processa, puluino, cæteroque appa-
 ratu sibi contempto, genua in vestibulo
 submittit venerabunda. Hortata
 ab Episcopis, ipsoque Cardinali Gal-
 lo, qui tunc temporis erat Protector
 vt Deiparæ Cellam ipsa intraret, ne-
 fas esse respondit ante noxas sacra-
 confessione absterfas, tandem animo
 ritè expiato, Diuinaque sinaxi refe-
 cta, Sacratium ingreditur, supplex
 congenulat, & preces Deo, Deique
 Parenti effundens, pluras absumpsit
 horas, idque fecit non semel, sed to-
 to triduo, quo Laureti consedit, &
 sub digressum missit in Templum mi-
 nera, inter quæ duo aurea magni pô-
 deris candelabra pensilia, & semper
 cum vixit beneficam erga Sacram-
 Adem se præbuit.

Non

Non multo post Christierna, sine
Christina Daniæ Regis filia Lotarin-
giæ Ducissa, & Caroli V. Neptis, pa-
ralysi vehementer ingrauescens, Lau-
retum lectica se vehi voluit, quò cum
primum peruenit, & Sanctam Adem
gestatoria sella introducta, motis ex
animi laceratione lacrymis, tam eni-
xè orauit Deiparam, vt protinus con-
ualuit, quingentis circiter Aulicis
de scelici euentu obstupescens, ipse
remque attestantibus mirandam, ipsa
vero perfusa gaudijs, gratias Altis-
simo, Deique Parenti humiliter actis,
græue cor solido ex auro artis plenum
corona decoratum, catenula similis
materiæ suspensum, torquem auream
aspectu pulchram, margaritis expo-
litam, armillas gemmatas, pallia ad
Altaris ornaamentum argento contex-
ta, tuniculas ex eadē tela damascenas,
multamque pecuniam numeratam,
Administris Sanctæ Domus attribu-
tam, munifice dedit.

Bis insuper Xenodochium visitauit,
& languenti unicuique morbo duos
aureos nummos donauit.

Margarita Parmæ Ducissa Ca-
roli

roli V. Cæsaris filia cum ingenti Assessorum numero profecta Lauretum & Sacrosanctam ingressa Domum, vbi precibus vacans, quietius pernoctavit ac demum in pietate, charitate, & eleemosynis claruit.

Archiduces Ferdinandus Leopoldus & Maximilianus ad peregrinationem excitati, multa pietatis specimina dedere. Ac filius Archiducis Caroli ex voto ab Ispurgo Lauretum multo cum Comitatu accessit.

Ioannes Austriacus Imperatoris Caroli V. filius studio soluendi vota, quæ pro victoria contra Turcarum Classem obtenta, susceperat, Lauretum venit. Cum enim in eo prælio summa rerum verteret, Pius V. Pontifex Max. priuatis, publicisq; orationibus Deum implorari iussit, in Augustissima Cella Lauretana præcipue orati assidue Deiparam iussit, nec dubium est, quin in ultimo discrimine Pia mater adesset Christianis, quibus in pugna ventus reflabat, sed repente secundum se præbuit, proinde vento summum bombardarum, ac tela hostium in ipsorum ora retorquente oppressa tã-

dem

dem, victaq; barbara, Christiani vi-
 ctoriam de Barbaris nobilissimam re-
 portauerunt, quæ post Deum, Deipa-
 ræ sane debetur, pleriq; in illa tuerunt
 hostium cæsi, Naues partim depressæ,
 partim raptæ, ingentes prædæ, capti-
 uorum agmina, Christiana mancipia
 remigio Turcis addicta, & à Victori-
 bus exempta seruitio ad decem millia
 computabantur, quorum quidem pars
 longa maxima, & Duces, militesque
 Christianæ Classis pleriq; pro salute,
 ac victoria ad agendas Deo, Deique
 Parenti gratias, Lauretum vna cum
 Ioanne Austriaco se contulere, ipse
 vero ad firmandum in Virgine suæ re-
 ligionis cultum, numeratæ pecuniæ
 summam largitus est Sanctuario,
 idemq; ad faciendum suos uasit Com-
 mites, & mancipiorû catenis clatra
 Capellarum Templi sabrefacta fuere.

Ex Italia.

Sabaudia Ducis, & Margarita In-
 fans; magui Ferruria Ducis Cosmus
 II. & Ferdinandus II. pariterq; Par-
 mæ, Mantuæ, Mutinæ, ac Urbini, qui-
 bus magna fuit pietas, & liberalitas,
 quos inter Ranuccius Parmensis infra

dignitatem abconditus habitu, tribus tantum associatus Comitibus, pedester Lauretum venit, & ab hospitio nudatis pedibus ad S. Domū perrexit.

Plurimi quoque Principum, ac nobilium è cunctis Italiae partibus Romae, Liguriae, Insubriae, Hetruriae, Regni Neapolitani, Venetique Senatus.

E Germania.

Sacri Romani Imperij iam nuper Elector Coloniensis, qui de sua pietate, nec non liberalitate clara præbuit argumenta, ac triduo comoratus Laureti, ter Sacrum consecit in Sanctuario, ac torquem quidem egregiam cum Orbiculo quinque ordinibus dispositam prætiosis gemmis circumfluentem munifice dedit.

Bavariae Dux Guglielmus, & Maximilianus filius Elector studio visendi, venerandique Deiparam Lauretum venerunt, oblatoque sibi honores ob S. Domus reuerentiam respuerunt, ac effusis enixe deprecationibus, prætiosa munera, quae in Capite XVIII habentur Sacrae Cellulae largiti fuerunt.

Catarina Vidua Brandemburghensis Ducissa pariter in sanctam Adem

sui

sui pietatem, & liberalitatem aperuit.

Quamplurimi Principes Imperij, Dynastiæ, ita & ex Vngaria, Transilvania, Bohemia, Belgio, & Anglia.

Ex Gallio Regno.

Primariæ nobilitatis Viri, Borboni præcipuè, Gondei, Soisonij, Ghisi, Ioiosij, Lotarigni, & alij.

Ex Hispanijs.

Primates, & Aurei Velleris Equites, nec non Sacri Purpurati, ac Antistites non pauci.

E' Polonia.

Principes Regiæ familiæ, Antistites, Patres Conscripti, & præclari Viri quamplurimi.

At omnium posthabita mortalium Nobilitate, Iesus ipse cum versaretur in Palestina sæpe cum Joanne Baptista, & Discipulis ad hanc Aedem Nazarethi existentem, profectus est. Non raro etiam Virgo Deipara post sui cari pignoris ad Cælos reditum, Hierosolymæ degens, incredibili pietatis sensu, & humili observantia eandem domum ob mysteria, quæ inibi fuerat patrata, inuisere consuevit, &c.

De

*De Sacro Regimine Almæ
Domus.*

Cap. X.

TAntopere hæc Sacrosancta
Ædes à Deo fuit exornata,
vt olim Recinetensibus de-
mandata, meruit breui post tempore
à Pontificibus Romanis administra-
ri. Martinus V. pro Sacris ritibus
probatos Viros, doctrinaque conspi-
cuos adlegit. Xistus IV. Recineten-
sem Episcopum cæteris cum Mini-
stris Almæ Domus præfecit. Pius, &
Paulus II. hunc locum nullius fore
Diœcesis comprobarunt. Iulius II.
Ædiculæ patrocinium, designato Car-
dinali Protectore, sibi reservauit,
tanquam Sacellum haberi, & solem-
ni ritu à Clericis administrari voluit.
Leo X. in Collegium cooptauit; Ac-
demum summa cum laude Xistus V.
Laurentanam Ecclesiam Sacris Insu-
lis condecorauit, eique Antistitem
assignauit. Hinc eo amplius floruit
Laurentana Ecclesia, exornata passim

Ca.

Ca
gn
dia
ric
fic
qu
bu
rur
die
tati
& C
se c
lio
sup
ceo
mo
ad
nic
am
mo
cia
Mu
gilt
vtit
fici
ipse

Canonicis vno, & viginti cum dignioribus quatuor, nempe Archidiacono, Archipresbytero, Primicerio, ac Thesaurario, additis Beneficiarijs, Clericisque Beneficiarijs quatuor, & viginti, à quibus omnibus Choro addictis cum Ceremoniarum Præfecto, & Musicis ad singulos dies exoluuntur officia, & in Festiuitatibus Illyrici Alumni talaritunica, & superpelliceo induti ad ea quoque se conferunt.

Amictu carbaseo, pelliceoque pallio sub candido sunt induti Canonici, superpelliceo cum cinereo, & violaceo pallio Beneficarij, & Clerici, ut mos est à die prima Nouembris vsq; ad Sabatum sanctum, quo die Canonici pallio deposito, superpelliceo se amictunt.

In Basilica Lauretana solemniam admodum ritu diuina exercentur officia. Episcopus hinc inde seiunctis Musicorum Choris, Præsidente, & Magistratu adstantibus, eadem pompa vitur, & ceremonijs, quæ in Pontificio sacello adhiberi solent coram ipso Summo Pontifice.

Cano

Canonorum, & Beneficiatorum collationes in menses octo Patrono Cardinali deferuntur, quatuor vero Episcopo, cuius dignitas nunc in Hyacinto de Cordellis nobili Firmo, virtute, calamoque præstanti.

Pro Sacro Sacello ab Eminentissimo Protectore tres deliguntur Admitti, seu Custodes, Canonicus unus, Beneficiarius, & Clericus alij, quorum interest Sacellum diligenter curare, donaria excipere, quæ scripto, & publicis consignata tabellis, & à Præsidente recognita, Sacro in Thesaurio adseruanda traduntur, nec ea è loco, seu capsulis amoueri, aut alienari villo modo possunt sub anathematis pœna inflicta à Summo Pontifice, quæ rem aliquam detrahi nunquam sinit, nisi ob manifestum Sanctæ Domus beneficium.

A Patrono itidem eligitur Thesaurarii Custos, tribus Clericis eidem additis auxiliarijs, quorum duobus matutina, vespertinaque hora oculis peregrinorum, & Confluentium Thesaurum ad singulos dies ostendere cura est, & vicissim inservire sacrario

& ad

& a
tes
ri e
dar
occ
ne
fa
sta
fac
De
&
Vi
mi
lib
du
Iel
Sac
inc
pu
lir
ett
raf
tun
sca
pin
tur
cra
circ

& ad Ædem Sacrosanctam Sacerdo-
 tes, rem facturos Diuinam, comita-
 ricum virga præ manibus ad arcen-
 dam Populi frequentiam, ne Ianuam
 occupet, & intrantes præpediat. Et
 ne fidelibus in summo cursu pia satis-
 factio desit, Romani Pontifices pote-
 statem faciunt, seu decreuerunt, vt
 sacrificia ante Auroram in Sancta
 Domo inchoata, ad Vesperas vsque,
 & ad initium Cantici Beatissimæ
 Virginis *Magnificat anima mea Do-*
minum, protrahi possint. Vt vero qui-
 libet fidelis Diuinam sinaxim cōmo-
 dius sumere valeat, Pater societatis
 Iesu, Clerico Sacerdote ministrante,
 Sanctissimæ Eucharistiæ distrahendæ
 incumbit. Sed quoniam interdum à Pe-
 pu'i multitudine aliquid pulueris ve-
 limi sacello infertur, in more positum
 est, vt Capuccini Patres cum ad espe-
 rasit ianuis clausis euerrant paupim-
 tum; Vnus itidem è Custodibus per
 scalam gestatoriam holoserico gausco-
 pino purpureo contextam, loculamē-
 tum ascendens, peniculo plumeo Sa-
 cram Virginis statuam, gemmasque
 circumfulgentes conuertit, & simul cū
 sociis

focijs, non nullis Capuccinis, aliquo
 etiam Peregrinorum admisso, Regi-
 nae Coeli laudes recitat, additis alijs
 præcationibus, ut Deus Sanctuarium
 Benefactoribus fructum retribuatur,
 Sanctam Ecclesiam regat, & seruet,
 totique Reipublicae Christianae pa-
 cem, & unitatem largiri dignetur.
 candido exin amictu holoserico Da-
 masceno regit ad noctem sacram sta-
 tuam.

Ad maiorem insuper Diuini Cul-
 tus splendorem magno Populi con-
 cursu qualibet saturni die, Vigilijs,
 & Festiuitatibus Deiparae cum adue-
 sperascit duobus seiunctis Musico-
 rum Choris solempni modulatione,
 Praeside stante, Virginis Laudes
 psalluntur. Haud omittendum est,
 quod unicuique Sacerdoti à Summis
 Pontificibus impertitur arbitrium, ut
 in festiuitatibus, & solemnitatibus
 in Sacello missam celebrare valeant
 tam diei propriam, quam Diuae Ma-
 riae, Defunctorum neutiquam. Ma-
 ne tantum die Veneris in Paresceus
 ordine funebri inspicitur sacra Do-
 mus, seu Deiparae Imago fere om-
 nibus

nibus viduata luminibus vsq; ad mane Sabbati Sancti, & id vt animi ad silentium, & contemplationem Dominicæ Passionis inducantur.

Loci autem dignitas tanta est, vt nullus cum vilo armorum genere ad eum accedere audeat, merito Iulius II. Pont. Max. sanciuit, temere ingredientem in anathematis pœnam incidere. Nec ad intimum Sancti Camini Cubiculum inermibus inuito Præside, seu Custode, sub iisdem anathematis pœnis, liber est aditus. Illi autem hæc ignorantes nulla afficiuntur pœna. Vtque lex, seu præceptum ad eximendos scrupulos mitiori interpretatione gaudeat, arma existimantur ea, quæ defensiva, & offensiva dicuntur &c.

De Pœnitentiarijs Sanctæ Do-
mus, Cœnobitis, & Il-
lyrico Collegio.

Cap. XI.

Placuit Romanis Pontificibus
Lauretanam Ædem condecorare non tantum Clero, & Artistite, sed etiam Pœnitentiarijs. Hi de Societate Iesu doctrina, summaque præditi authoritate ad omnium hominum confessiones excipiendas electi. Pro animarum salute, ac publica vtilitate nil sollicitudinis, diligentiaque amittunt. Concionibus ac sacris sermonibus animas reficiunt, rudes, & pueros diebus festiuis edocent, ad orationes, piasque meditationes Ciues, & Accolas attrahunt, opem ægeris præbent.

Nec non Pœnitentiarij ex Transalpinis Regionibus, ac Transmarinis adreficiendos propria Nationis mendicatos tota satagunt animi propensione hoc ideo Cæsar Leopoldus primus religione, pietateque motus de suis Lubianæ Ciuitatis prouentibus Pœnitentiarijs

tjari
regi
tia L
mos
Ca
tos
cent
tis E
tent
C
age
Frat
ta, c
Pon
tjari
Ten
cipi
dina
tjari
dit
tres
hab
festi
& n
eori
hos
fice
nus

tia)

tiario Germano, vt distribuatur illius regionis egenis, qui deuotionis gratia Lauretum quærunt, centum nummos aureos, & annuos assignauit.

Catholicus Rex pari charitate ducatos annuos monetae Neapolitanae biscentum, ex regio Aquilanae Ciuitatis Erario in Samni Prouincia Pœnitentiario Hispano erogat.

Gallus autem Pœnitentiarius pro egenis censu de pecunia, è diuitum Francorum munificentia coaceruata, constituit. Non satisfuerunt Summo Pontifici Alexandro VII. vt Pœnitentiarij de Societate Iesu tantum in Templo Lauretano ad cõfessiones excipiendas assistant, sed eo iubete Cardinalis Ludouisus supremus Pœnitentiarius anno 1661. delegit, & addidit eadem cum authoritate Pontificia tres Canonicos Lauretanos dignos habitos, & doctrina præditos, vt in festiuitatibus præcipuè solemnibus, & magna peregrinorum Confluentia eorum confessiones excipiant. Præter hos Pœnitentarios à Summo Pontifice designatos, Cardinalis Patronus, & Antistes Lauretanus suos deli-

deligunt animarum Curatos ad Sa-
 cramenta Diœcesanis administranda.
 Exteri insuper Parochi suos audiunt
 Populares, vndique gregatim Lau-
 retum accedentes. Vnde fit, vt vic-
 nis, & remotis è locis per annum
 tanta fit Sacramentorum frequentia,
 vt iure optimo Petrus Canisius habet
 hæc verba. Sacræ Confessionis, &
 Communionis vsus tam creber est
 Laureti, atque solemnus, vt nil simi-
 le, magisque religiosum per totam
 Germaniam, Galliam, & Poloniam
 vna in Æde liceat reperire.

Franciscanæ Familiæ tria hac in
 Ciuitate extant Hospitia, Capuccino-
 rum primum à Cardinali Antonio
 Barbarino Urbani VIII. Pontificis
 Maximi germano fratre extructum
 Observantium, & Conuentualium
 alia, quibus non est Ecclesia, sed
 Capella, in qua senes tantum, debi-
 lesque Patres Sacrificium conficere
 queunt, cœteri ad Sanctuarium
 eiusque Templum accedere debent.
 Capuccini pro seruitio Sanctæ Do-
 mus nulli prorsus parcunt labori, si-
 gulis diebus lampadarum curæ præ-

Non sunt, & eius pavimentum verrunt. Illorum duo tam mane, quam vesperis peregrinorum Sacerdotum Triclinio famulantur, quod autem operiosius est, pro sacrificijs hostias, & particulas vberimè conficiunt.

Illyricum Collegium pro Alumnis triginta, quamvis viginti tantummodo nunc extat, à summo Antistite Gregorio XIII. erectum fuit, & Iesuitarum curæ traditum, à Clemente VIII. translatum Romam, & ab Urbano VIII. restitutum Laureto.

Ad illud Regiones Illyricæ tam Christianis Principibus, quam Turcis obtemperantes, vti Dalmatia, Sclavonia, Macedonia, Bosna, Liburnia, & Seruia deligere possunt Iuvenes præclives ad virtutes, vt quæcunque ad salutem animæ, ad propagationem Catholicæ fidei, & ornamentum ingenij pertinent, percipiant.

Cum primum ad Collegium perueniunt, de eius consuetudine vsque ad sex menses instruuntur, postmodum talari veste amicti violacea, ad Constitutiones, & leges accedunt.

Cum Laureti Studiorum curriculum

emensi

emeasi, & ad Patriam reuersi sint, Sa-
cerdotij dignitatem consequi tenen-
tur, Christi vineam excolere, Grae-
corum schismaticorum errores refel-
lere, fidelibus Populis Occomanico
Imperio subiectis opem ferre, corde,
animoque vigilare, ne inter illos con-
tra Religionem Catholicam Roma-
nam aliquis error, aut haeresis disse-
minetur. Diuinæ siquidem gratiae
tribuendum est, quod in illis Turca-
rum oris multæ adhuc Ecclesiae vi-
geant, & quod earum dignitates ho-
rum Alumnorum non pauci assecuti
fuerint, sicut in hodiernum usque
diem viuunt ex illis Archiepiscopi
Vescopiae, & Expidani, Episcopi
pariter Scadræ, Lissij, Nicopolis, Po-
liti, & Sapiae. Constitutionibus à Sa-
cris Comitibus de propaganda fide
promulgatis, & à Summis Pontifici-
bus confirmatis, obtemperare spon-
dent, & iurant, quo factum est, ut
Illyrici Presbyteri in hoc Collegio de
litteris aggressi, ad consequenda
Ecclesiae Beneficia, Dignitatesque
cuiuslibet alteri præferantur, ac ipso
iure irritæ dicantur collationes, qua-

secus

secu
cti
vaca
man
The
Nec
tis
chiv
illof
Qui
Alu
doc
mer
& p
diar
gan
por
mul
aux
piur
stræ
terr
nih
Pati
Luc
infr
ctis
duo

secus fierent. Serio namque præditi Adolescentes litterarum studijs vacant, Grammaticæ scilicet, Humanitatis, Rectoricæ, Philosophiæ, Theologiæ Scolasticæ, & Moralis. Nec minus vacant Christianæ pietatis operibus, sæpe enim Xenodochium inuisunt, Ægrotis famulantur illosque mœrore affectos solantur. Quin etiam duo vicissim illorum Alumnorum singulis diebus erudiant docentque Christianæ Doctrinæ rudimenta peregrinos, quorum plurimi, & præsertim pauperes hora pomeridiana in Atrium Collegij se congregant, tum aliquid alimonij pro corporis restauratione recipiunt, tum multo longius, ut spirituale aliquod auxilium pro animæ salute percipiunt. Erudiuntur siquidem de nostræ fidei mysterijs, de vita sempiterna, de qua forte eis parum, vel nihil cognitum est. Ex his studijs à Patre Moderatore Francisco Maria Lucchesino de Lucæ Vrbe in Hetruria infra quinquennium inductis, & auctis, euenit, ut Iudaicæ perfidiæ homo, duoq; Maumetthani in Collegio diu

versati, baptisate in Ecclesia Lau-
retana suscepto, veritatis lumen
agnouerint. Ac sicuti sancta Domus
oras ad Illyricas deportata primum
fuit ab Angelis, inibique aliquandiu
immorata, ita iure optimo fatendum
est, quod ad illarum vtilitatem gen-
tium, & Christi fidem propagandam,
Deipara Virgo hos Alumnos ali, ac
edoceri velit, à quorum Iudi magis-
tris, & Professoribus Ecclesiæ Lau-
retanæ Clerici, cœterique Lauretia-
ni Adolescentes in bonarum artium
studijs, ac disciplinis, nec sine ingen-
ti progressu erudiuntur.



7
T
chis
cerd
prin
sape
emi
moc
pro
mo
rare
mer
dra
tem
tum
gun
imb
diu
re p
iori
rici

De Sacrarijs, & Missis.

Cap. XII.

TRia insunt Sacraria ; Primum Sacræ Cellulæ inseruit; alterum Chori ritibus, & Parochis addictum, tertium cæteris Sacerdotibus rem sacram facturis. E' primo singulos in dies triginta, & sæpe plusquam quadraginta Missæ emittuntur. E' secunda musicorum modulatione binæ, prima videlicet pro Benefactoribus in Sancta Domino, Conventualis altera, & non raro tres, & quatuor pro optime meritis. E' tertio centum, & quadraginta circiter. In exterorum autem Sacerdotum frequentia ad centum sexaginta, & octuaginta pertingunt. Hoc in Sacrario, ut senes, imbecillesque Sacerdotes commodius sacrum peragere queant, Altare positum est, tituloque Editui Maioris ei præest Canonikus, cui Clericis vtriusque nomen obtemperandum

dū est, & sunt 14. ab Episcopo electi
Ibiq; quatuor situs, vt Sacerdotes in
dumentis se amicere possint. Primus
pro Canonicis, secundus pro Pœnitentiarijs;
& Principum Capellanis, vltimus pro
Capellanis Lauretanis, & Sacerdotibus
cuiuscunque ordinis.

Enarratis Missis haud sunt inter-
mittendæ Capellaniæ Principum, ac
Dinastiarum, quorum aliqui eas ex-
colendi gratia, Sacerdotes conterra-
neos ablegant, alij Laureti Accolæ
eligunt.

Prima quidem Capellania ad sa-
crificium in singulos dies addicta
Cesaris Leopoldi nunc Imperantis est.

Duæ pariter quotidiano astrictæ
Sacrificio Electoris, & Ducis Ba-
variarum.

Binæ itidem Cardinalis Iosij de
Galliarum primarijs.

Altera Ducissæ Euiglionensis Car-
dinalis Rychleux Neptis.

Similis Dinastæ Germani, seu
Bohemi.

Altera Patris Conscripti Vasta-
uillani Bononiensis.

Consimilis Familæ de Farsettis
Venetiarum præclaræ. Nec non Fa-
milæ Solaris Lauretanæ.

Parmæ Ducis altera ad quatuor
Missas infra hebdomedam ab eius
Vxore Violante Margarita Regia
Sabaudia Principissa instituta.

Aliæ ordinationes diuersimode
ascriptæ, ac tabulario traditæ in Epi-
scopali sacrario viginti quatuor re-
periuntur.

Penes itidem Sanctuarij Custodes
publicè, & parietibus affixè insunt ta-
bulæ, quibus tradita sunt officia Mis-
sarum, in quas Sanctæ Domus Regi-
men præstati liberalitate se deuinxit.

*Quæ autem Musicorum modulatione
exoluntur hæ sunt.*

Ad singulos dies.

Votiva pro Benefactoribus in S. Aede,
& alia Conuentualis.

Ad quemlibet Mensem.

Pro Galliarum Rege prima Sa-
turni die in Sanctuario.

Pro Venera Republica prima
mercurij die.

Nec non defunctorum in Ara-
diæ Annæ, priuilegio munita,

174 *SANCTVARI*
die prima pro Ducissa Altemps Ro-
mana .

Ad annum , & infra .

In qualibet quatuor temporum
hebdomada coram Capitulo , & Cle-
ro pro Benefactoribus, vna B. Maria
in Sancta Domo , altera pro illorum
animabus in Annunciationis Ara .

Vna pro festiuitate Diui Ludouici
Galliarum Regis solemniter decan-
tata in Annunciationis Ara .

Pro foelici memoria Pauli V. Pon-
tif. Max. in Chori Altare .

Pro Cesare Ferdinando Primo in
Sancta Domo .

Pro Cosimo Secundo Magno He-
truriæ Duce .

Pro Vrbinæ Duce .

Cardinali Alexandro Peretto .

Michaele Peretto Celani Comite,
Dante Montano .

Alexandro de Rubeis .

Stefano Pisotto .

Petro Tirando .

Bononiæ Vitis Confraternitate .

Pro Ioanne Baptista de Vicinis .

Vincentio Cataldo .

Vincentio Tonto .

Ma-

gli
Ma
Ma
C
C
C
F
A
Far
I
F
I
chi

Maria de Cecconis.

Francisco de Criuellis.

Baptista Sorgo.

Victorio Amodeo Morello.

Carulo Vegerio.

Et pro Ioanne Francisco de Vaglialodid Limæ Canonico in Indiis.

Missæ, quæ à Sacræ Domus Capellanis recitantur hæc sunt.

Ad singulos dies.

In S. Æde pro Galliarum Rege.

Pro Electore, Duceque Bauarico.

Pro Maria Magdalena Austriaca.

Magna Hetruriæ Ducissa.

Cardinali Alexandro Peretto.

Cardinali Iustiniano Genuensi.

Cardinali Vastauillano Bononiensi

Cleria Principissa de Farnesijs.

Comitissa Galassa.

Fabio de Pisottis.

Antonio Francisco Alexandro Farnesi.

Ad singulas Hebdomedas.

Pro Parmensi Duce.

Pro Antistite Gallo.

Isabella Mendoza Vallis Marchiona.

176 SANCTVARIII

Comite de Quincenis .

Carolo Sciarra Cerlesi Duce .

Paulo Sforzia .

Bradamanti à Monte Ulmi .

Vincentio Cataldo

Nobili, & ignoto Viro in Ara
Sanctissimi .

Pro eodem in Annunciationis Ara

Pro Primicerio Mazza in Ara Di-
uæ Annæ .

In eadem pro Isabella de Vitellis
& pro Iacobo de Morettis .

Pro Canonico Brigantio Anconi-
tano .

Archipresbytero Tomasino .

Et in Æde Sacra pro Iacobo de
Morettis :

Ad singulos Menses .

Pro Cardinali Gallo .

Pro Equite Capra .

Pro Lelio Ardenghellio .

Francisco Ceuotto .

Mauritio de Mauritijs .

Vido de Vainis .

Ad annum , & infra .

In Ara diuæ Annæ sex Missæ pro
Anna Galliarum Regina ,

Pro

die
in

pe
sti

qu
di

to

de
&

no

M

no
d

Pro Principe Peretto in quolibet die Vigilæ Sanctæ Mariæ, alteraque in Vigilia Sancti Bartholomæi.

In Sacra Æde pro eodem Principe, & altera in qualibet Deiparæ Fæstivitatis die.

Pro Hieronymo de Matthæis in quatuor temporum qualibet sabati die.

Pro eodem in Sacello.

Pro Bartholomæo Daphino Veneto in qualibet Deiparæ festiuitate.

Alięque viginti quatuor pro eodem, octo videlicet Sanctæ Mariæ & sexdecim pro defunctis.

Sexdecim alięq; in Sãcta Domo.

Pro Antonio Gerardo.

Francisco de Cornetijs Veneto.

Decem Defunctorum pro Viro nobili, & ignoto Alculano.

Pro Antonio Berardo.

Quinque pro Maria Ceccona.

Decem pro Marco Sacco.

Centum pro Equite Victorio de Morellis.

Pro harum Missarum celebratione, & pro satisfactione aliarum in dies superuenientium, Sanctę Domus

Regimen multos alit Capellanos ,
 qui ad præsens octo , & septuaginta
 designati sunt , additis Canoni-
 cis , Beneficiarijs , & Clericis Be-
 neficiarijs , centum nempe , ac
 viginti tres Missæ in Sacel-
 lo , Temploque die
 qualibet cele-
 brantur ,

ad
 annum vero quadraginta
 quinque millia circi-
 ter computan-
 tur &c.



De

C

me
nu
qu
ruag
eleq
deP
di
Fi
Su
es

De quorundam larga liberalitate in Lauretanam Ædem, ac de retributione pro Missis, & Lampadibus.

Cap. XIII.

QUOD pro Sacræ Ædis beneficio fecere Summi Pontifices in præcedētibus relatū est, modo munificentia recensetur nonnullorum Principum, ac Dynastarum, qui dena, vicena, tricenaque aureorum millia, & bona erogarunt.

Recinetenses iam olim complura agrorum iugera Ædi Sacræ sunt elargiti.

Nicolaus Astius eorum Antistes equalem bonorum copiam munificè dedit.

Antonius Perottus Siluestrianum Præsul, & Almæ Domus Præses Badiam Sancti Laurentij in Agro Castri Fidardi cum omnibus latifundijs Summi Pontificis consensu largitus est.

Petrus Tirannus in Urbinate Di-
tione Callensi, & Agro Anconitano
terrarū non pauca iugera dono dedit.

Vincentius Cataldus, Camillus
Zanchus, & Bartholomæus Ansaloni
Nobiles Alculani multa prædia, &
census impertierunt.

Petrus Morus Venetus similiter nō
pauca bona reliquit Sanctuario.

Alijque quamplures pingua arua,
& latifundia, nec non annuos census
Piceno in Agro S. Domui relinquere.

Paulus III. Summus Antistes breui
post tempore, quō fuit electus Pon-
tifex Sacræ Cellulæ, sex millia obtu-
lit aureorum, quibus deorsum flumi-
nis Musceonis Regimen multa præ-
dia coemit.

Non paucis elapsis annis, conge-
sta pecunia de pijs fidelium liberali-
tatibus ad summam scutorum trigin-
ta mille, Præses tunc temporis Ro-
bertus Sassetellus iussu Pontificis cum
ea emit multa, pinguique agro-
rum iugera, nempe montem Orsum
in Agro Recinerensi, montem Tur-
scionem in Agro Auximano, alia-
que in Agro Fidardo, quæ Aquæ Vine

nomen

no
La
pa
fic
ho
cin
He
lis
è B
plu
no
Sa
mu
ere
ta
ca
A
m
lu
m
ui
D
pi
ni

nomen habent, ac insuper in Agro Lauretano Arua Morlongum nuncupata .

Ac demum sedente Summo Pontifice Alexandro VII. Lauretanum, Regimen quamplurima iugera è Reineti Senatu acquisiuit.

Iam nuper Franciscus Maria de Honoratis Æsius, Carolus Bononiensis è Ciuitanoua; Nicolaus Ioanninus è Beluederij Castro, aliiq; prius quamplures pinguia arua, & latifundia, nec non annuos census Piceno in Agro Sacræ Domui reliquere.

Cardinalis Burghesius Almæ Domus Patronus dena aureorum millia, erogauit ei, totidemq; in lux exitu vitæ solui mandauit, & sex argentea candelabra cum Cruce reliquit.

Magnus Hetruriæ Dux 40. aureorū millia eximia liberalitate donauit.

Dux Parmensis Ranuccius anno salutis 1628. mille ducatos siue scuta de moneta Romana Ediculæ Sacre donauit, & ab illinc decessio vigesimo Dux eius filius nulla largitionum pietate deficiens, profectus deuotio- nis studio Lauretanum cum matre, Soro-

Sororibus duabus , & Amica Victo-
ria , alia scuta decem mille munificè
dedit .

Ioiosij Dux è Gallia eadem pietate
octo millia donauit .

Francorum Rex pro Missa ad re-
giæ suæ familiæ scelicitatem in Sacra
Æde celebranda , vtque insuper singu-
lis annis in Templo Lauretano S. Lu-
douici festiuitas solemniter celebretur , duo nummorum aureorum mil-
lia pro vna vice tantum largitus est .

Austriaca Maria Magdalena Ma-
gna Hetruriæ Ducissa pro cereis duo-
rum suorum candelabrorum aureorum
nummos auros duo millia munificè
dedit .

Margarita Austriaca Parmæ Ducis-
sa pro Missa quotidiana , ac pro oleo
duarum lampadarum suarum num-
mos duo millia erogauit .

Dux Bauariæ Guglielmus pro ce-
reis facibus , quæ festiuis diebus super
argenteum candelabrum , ab ipso do-
natum , ardent nummos aureos cen-
sum , & mille muneravit .

Dux & Elector eius filius Maximi-
lianus pro Missa ad singulos dies in

Æde

Æde Sacrosancta duo ex argenteo nummorum mille donavit.

Christianissimas Rex pro Missa, quæ musicorum cantu prima die sabbati cuiuscunque mensis in Alma Domino celebratur nummos centum annuatim argenteos elargitur.

Veneta Respublica pro Missa primo mercurij die cuiuslibet mensis ducatos de moneta Veneta annuos centum, atque pro lampada quadraginta insuper erogat.

Dux Altemps pro missa Defunctorum, quæ prima mensis die celebratur, centum itidem nummos argenteos elargitur.

Alij Principes, alijsque Dinastæ tam pro missis, quam pro lampadibus congruum stipendium attribuere.

*Sacræ Domus qualitas, & forma,
quæ iam pridem venit,
& modo extat.*

Cap. XIV.

QVæ nam sit Lauretana Ædes
superius est indicatum, iam
vero res exposcit dignosce-
re, qualis extet, & à sua pristina
dispositione differat. Peruetustani-
mirum aspicitur, rudi extracta
lapide subrufi coloris; Eius longi-
tudo parum ultra in palmos tres, &
quadraginta protrahitur, latitudo
ad decem, & octo extenditur, pa-
rietes vero altitudinem decem, &
nouem palmorum minus ve. super-
rant, sed inæquales quâ rimis, quâ
proiecturis sine arte, ac linea ex-
dificati, vndique superius crullati,
sacrisque imaginibus colorati. Te-
studo lignea imbricato cum tecto,
stellisque pariter ligneis aureatis ex-
tabat, sub fornice circumquaque va-
sa pendebant fictilia, ab Apostolis,

vt f
Sac
...
tu
tes
run
gel
lac
pos
fun
cer
no
mi
ba
pli
cin
ta
nel
ni
bu
dri
fir
qu
A
tal
co
V

vt ferunt, collocata, quæ modo
Sacro in Armariolo asseruantur.

Atqui Recinetenses primo aspe-
ctu Sacræ aduentum Ædis ignoran-
tes, mirabantur, & dum cognoue-
runt Sempiterni Principis iussu An-
gelorum ministerio fabrefactum opus,
lacrymas præ gaudio continere non
poterant, & absque vilo pœnitus
fundamento eam stare cum prospici-
cerent, haud animaduertentes id
non ab alio quàm à Deo esse, fir-
missimo muro committere cogita-
bant, & dicebant, vt Deus am-
pliori benedictione Populum Re-
cinetensem prosequeretur. Reper-
ta autem ab eis cum Ianua, fe-
nestra, Armariolo, limine Cami-
ni, Turricula binis cum tintinnu-
bulis, Ara, Cruce lignea, & ce-
drina Deiparæ Imagine, his de
singulis modo dicendum est ali-
quid.

Ianua, quæ in medio parietis
Aquilonaris prope Armariolum ex-
tabat, cum pro frequenti Populi
concurſu videretur arcta, Clemens
VII. Pontifex Max. occludi, aliaq;
ape-

aperiri, & ad ornamentum fieri mandavit, Proinde Ranuccius Morellus Pisanus Architectus, cui demandatum fuit opus, fabrili arrepto malleo, istuque sacros in parietes exonerato, concidit exanimis, at a Coniuge promissione facta Deo, octauam post horam reuiuixit; inceptum autem opus haud prosequi est ausus; perurgente tamen Pontifice, Clericus Ventura Perinus pius, biduoque ieiunus ante Deiparæ Imaginem stricto malleo sic ait. Mæ ne tribuas temeritati ò Clementissima Virgo, à te me impetrari sine, teq; mihi exorabilem præbe, nam Romanus Antistes, tuæ Domus exornandæ cupidus, hoc fieri iussit, & extemplo percussio, emolitoque lapide, sacro in pariete aperto aditu, quatuor fuerunt lumina relecta (æneis postmodum munita Ianuis à Hieronymo Lambardo affabre elaboratis) duo nempe ad commodiorem usum pro sacris ritibus, Populique frequentia, alterum pro aditu in Sanctum Caminum, quartum vero oppositum pro seruitio lampadarum, quarum gratia tecti summitate à Paulo

Tertio

Ter
adi
lect
Ara
nu
gne
rar
coe
te
rec
adh
gen
par
tum
ad
& c
cor
sup
nil
F
tali
lum
se,
loc
etia
pen
præ
crec

Tertio sublata, lateritius fornix fuit edificatus. E macerie lapidum collecta materia, recentem extruxerunt Aram, vetustamque occluserunt Ianuam, eius autem superluminare ligneum eodem in loco adhuc perseverat solidum, & sine carie. Rudera, cœmenta, aliaq; demolitæ testudinis, restique summitatis in Sacræ Cellulæ recondita sunt pavimento. Trabes adhuc incorruptæ duæ sunt, altera argenteo aureato contexta hinc inde parietum super Altare ad ornamentum extenditur, altera obducta ferro, ad latitudinem pavimenti reposita est, & quod mirabile prorsus est, ferro conterito, lignum quamvis pedibus supergradientium iugiter præmatur, nil hætenus imminuit.

Fenestra in pariete adest Occidentali, per quam Gabrielem Archangelum, Mariâ salutaturum, fertur intrasse, minime vero quod Angeli aperto loco ad aditus egeant, cum queunt etiam assumpto corpore solida quoq; penetrare, ita ut omne solidum eis sit præuium, sed talis est fama, & piè creditur.

Sacrum

Sacrum Armariolum in pariete Septentrionali , prope Aram situm, argenteo contectum est Ostiolo , à Parmensi Duce donato . In eo referunt Doctores , à Virgine Deipara Bibliam , ab Apostolis deinceps divinam Sinaxim seruataam esse , nunc vero intra Arculam argenteam , ab Alcalai Duce Hispaniarum Procero oblatam , Sacra Vascula , è parietibus amota , custodiuntur , & aureis operculis , quæ Dei Genitricis delineata mysterijs , Eminentissimus de Sandouallis Tholetanus Archiepiscopus munificè dedit , occluduntur . His Vasculis (quorum attractu pelluntur morbi , ægrotique sanantur) vt vetusti annales proferrunt , Virginum Regina cum Iesu filio , & Iosepho in mensa utebatur . Hæc nempe fictilia sunt vitriata ad instar patinarum , Craterum , Scutellarumque intus delineata , & colorata , eorum vnum cum vetusta testudinis tabella adhuc per annorû sæcula incorrupta , ad singulas dies horavigesima secunda fidelium oculis ostenditur , & declarantur.

Hoc

Ho
Cr
qu
tur
aq
ua
cu
in
cra

mi
cu
me
sar
ter

lar
str
co
lo
cr
pe
qu
fac
Sa

po
cu

Hoc in Vasculo religiosa numismata,
Cruces, tornatiles filo reuinctæ pillule,
que vocantur Coronæ, aliaq; attingun-
tur similia, & quibet deuoto animo
aquam in eo effusam ebibit, con-
ualescit, præstant idemque benefi-
cium cereæ faculæ, ac olea, que
in candelabris, & lampadibus Sa-
cram ante Imaginem conflagrant.

Camini fumarium in tecti sum-
mitate videbatur, pariterque turri-
cula binis cum tintinnabulis, quæ
modo, sub fornice suspensa, pul-
santur, & ad eorum sonitum nimbi,
tempestatesque euanescent.

Altare lateritium fului coloris cum
lapide Sacro in pariete stabat au-
strali, modo ad maiorem Populi
commoditatem ante Caminum col-
locatum est, recenti Ara, ad sa-
crificia singulos in dies offerenda, su-
peruestitum, in eo æquidem tan-
quam ab Apostolis erecto, & con-
sacrato, Romano tantum Pontifici
Sacrum licet conficere.

Cruz lignea ab Apostolis in Sacro
posita Cubiculo, aduectaque simul
cum eo, super fenestram extat,
hæc

hæc tam ex Lauretana traditione, quam è costanti ac inextincto rumore, vt maiori cultu haberetur, suo amota loco, in Capellam Aragonensis Hispaniarum familiæ prope Sacellum deportata fuit, sed noctu in suam Sedem se recepit. Hæc Christi Crucifixi Imago, Patribus testimonia dicentibus, à Luca seiunctis pedibus expressa est, & quatenus Saluatorem Nostrum quatuor fuisse clavis in Cruce fixum, Gregorij Turonensis, & Eusebij astipulatur fides; proinde haud erit absurdum, vt de Lucæ hic aliquid attingatur, Nicophoro, Origine, Tetrico Episcopo Dorotheo testibus, eum Antiochensem ortum esse præclarum, qui philosophiæ, medicinæ, picturæque professor, cum de admirandis Christi operibus, quorum fama ad vltimas vsq; Terras peruaserat, proprius exploratum habere percuperet, Hierosolymam contendit, vbi veritatis luce commotus, paternas respuit opes, inopiasque assecutus est Christi, à quo in Discipulorum Cœtum connumeratus, digredi noluit, eius igitur Crucifixionis formam, dum in ligno

lign
pro
E
Dor
nes
geli
lus
soly
lum
mu
ctur
gar
Ma
qu
fi r
scip
lent
uan
gan
pro
nor
à L
mo
spui
min
quo
buit

ligno pendentem flebiliter prospexit,
probe cognitam habuit.

Existimant Scriptores, Lucam,
Domino, magistroque amisso, pe-
nes Deiparam vna cum Ioanne Evan-
gelista sex annos exegisse, donec Pau-
lus Christi factus Annunciator, Hiero-
solymam venit, quo in amoris vincu-
lum ita se adstrinxit, vt per diuersas
mundi Piagas ad Euangelium San-
ctum prædicandum, fidemq; propa-
gandam in societatem peregrinauit
Maria vero ab accessu tam Ioannis,
quam Lucæ neutiquam recessit, Chri-
sti nam sui filij Apostolum vnum, Di-
scipulum alterum in Virginitate pol-
lentes, vt ad Ecclesiæ primitias adiu-
uandas, eiusque teneram plantam ri-
gandam, & excolendam, solertiam
prosequerentur, concupiuit.

Asserunt Historici, Cœli Reginam
non prius quam è vita decessam fuisse
à Luca effictam, ipsa enim cum vixit
mortalis, omnia ad sui gloriam re-
spuit, Apostolis quocirca ne suo no-
mini hanc Sanctam Domum dicarent,
quod facere consilium ceperant, inhi-
bit, illi proinde, teste Antonio Salt

in

in paragrapho II. Annunciationis, & Incarnationis nomen indixerunt, & post Deiparæ obitum in ea Crucem enarratam posuerunt, ac veritas, vt in Codice Lauretano, non aberrat, nam dextero in illius angulo Virgo Parens despicitur expressa, in altero Ioannes Euangelista, iste brachijs in formam Crucis deductis, Christi opem inuocat, illa eundem humiliter implorat.

Et vt ad primæ enarrationis seriem reuertamur.

Cedrina Virginis Imago in pariete extabat australi, nunc sublimis a terra per amplo in loculamento super Camini facie, occluso spiramento, omnibus est in aspectu, ceruleo trabeata indumento talari, aureato cum lembo, viridique ornatu, zona crocea, pallium ceruleum, Stellis aureatis insignitum, intusque rubeum in eodem trunco coelatum. Discriminati Crines Nazarenorum ritu per humeros fluunt, eodem ex pallio sinistra in Vlna collecto fasciculo Deipara intonsum sustinet Puerum Iesum, qui beneprecantis in morem priores dextræ digitos

git
ten
nis
nat
cul
zar
fili
ol
fun
tem
par
Ital
e

onis, gitos tollit, cum sinistra globum
 runt, tenet aureatum, totius mundi ditio-
 Cru- nis argumentum. Ipseque discrimi-
 veri- nato capillo, cenchylata veste, ami-
 non- culoque ceruleo superuestitus, Na-
 ngu- zaretum habitum refert. Et Matris
 essa, filijque vultus quamuis concreta
 iste olim oblinitus argenteo, luminum
 actis, fumo cernitur infucatus. Vestis au-
 dem tem zeremoelini coloris, qua Dei-
 riem paræ Statua, quando primum in
 Italia deportata fuit, erat ami-
 cta, intra argenteam Arculam,
 à Cardinali Montalto do-
 no datam, Sacra,
 in Æde ingen-
 ti custodi-
 tur.
 veneratione,
 &c.

*Sacra Domus Tholo contecta,
Temploque exornata.*

Cap. XV.

Sacelli Tholus pinna, speculatus fastigiatus super octo palistidas arcuatos, ac eminentes infidet, tribusque centum, ac triginta mille plumbi assibus contectus, intus aureo, atq; emblomate exornatus, Sacris Iconibus, Chorisq; Angelicis depictus, ita ut inter Ordines Angelorum, & Sanctorum Dei, Assumptæ Deiparæ Virginis gloriam mirum immodum representat, à Rôcali Equitis cognomento Pomerancij penicillo tam egregiè expressam, ut calamo describi nequeat.

Basilica intra quam sacrum Cubiculum residet triplici concamerata Navi, atq; fornice formam Crucis profert. Capellæ siue Aræ, extra illam, quæ Angelicæ Annunciationis cognominatur, decem, & novem auro, palastiteq; conuestitæ computantur.

Primâ

Prima æquidem venustior in Ec-
clesiæ superiori situ S. Filippo Nerio
dicata, à Picenis extracta est.

Secunda Augustissimi Sacramenti
à Cardinali de Carpis. Tertia S. Ioan-
nis Baptista ab Augustano Cardinali.

Quarta Sacratissimi Rosarij à Tri-
dentino Cardinali inchoata à nobili
Aragonensi Hispaniarum familia,
perfecta, & à Lauretanis Confratri-
bus exornata.

Quinta Divæ Elisabeth ab Altou-
to Archiepiscopo.

Sexta Annuntiationis ab Urbina-
te Duce.

Septima Divæ Annæ à Bisignani
Principe, qui Canonorum insuper,
& Musicorum Odea, & Exedras
exornavit.

Ad dexteram.

Prima Natiuitatis Mariæ à Præsi-
de Cantuccio Perusino extracta.

Secunda Pietatis Domini à Barba-
ra Maifilla.

Tertia Diui Antonij Abbatis à
Præside Gallo.

Quarta Conceptionis Mariæ à
Cardinali Vastauillano Bononiensi

Quinta Santi Christofori à Præfide
Leonorio .

Sexta Diui Francisci à Rodulpho
Carduccio .

Ad leuam .

Prima Conuiuij Saluatoris cum
Apostollis à Lauretanis Corporis Do-
mini Confratribus .

Secunda Dominicæ Circumcisio-
nis à Canonico Mazza Lauretano .

Tertia Subsidiij Mariæ à Canonico
Briganti Anconitano .

Quarta Sanctarum Virginum à
Præfide rideli .

Quinta Diui Caroli à Lauretanis
eius nominis Confratribus .

In Sexta minimè posita est Ara ,
sed eius loco fons æneus ingeniosè
cœlatus, à quatuor Angelis super hu-
meros elatus, vndique Sacri, formo-
sisque Iconibus conspersus, cuius
sumptus ad sexdecim ex argento scu-
torum millia computantur .

Templi facies lapide Illyrico ordi-
ne Corinthio extructa cum Coronide,
& supercilio cœlato, præclara
est, eius Aluæ sex ingentes æneæ mi-
ra arte fabrefactæ sumptu scutorum

ferè

fer
pat
test
De
ta
fci
de
mu
Ca
ho
foli
fè
har
ter
cie
ta
Eg
&
Ab
ctio
bus
lis
lo
Sal
lub

refide
alphi
ferè quadraginta millium inter cris-
patas, pinnataeque frondes veteris
testamenti acta representant.

um.
s Do
cifo-
ano.
onico
In maioribus aspiciuntur Adam à
Deo formatus, ex eius costa edifica-
ta Heua, ambo postmodum à terre-
stri expulsi Paradiso, lacrymas effu-
dentes, damnantur Vir ad Sarculum,
mulier ad Colum; Abel necatus à
Caimo, qui post fraternam caedem
horrescit, & fugit.

a a
tanis
Ara,
iosè
r hu-
mo-
uius
scu-
In Valuis ad dexteram. Agar in
solitudine errat, & amaritudine con-
fecta, ab Angelo consolatur; Abra-
ham ad sacrificandum natum in mon-
tem ascendit; Hæbrei mare trahi-
cientes; Mellis pluuia; Iacobi armen-
ta; Rachael, Iosephus ascendens in
Egyptum; Iuditta, & Holofernes,
& Moyles cum Virga.

ordi-
oni-
lata
mi-
cum
In Valuis ad leuam exprimuntur
Abelis, & Caimi sacrificium; Colle-
ctio Noe in Arca Hæbreis gestienti-
bus; Noe post eluuium; Deus in ocu-
lis Moylis; Abigal; David in Carme-
lo; Interfectus Abel, Iacobi Scala;
Salamonis Templum, & solium. Co-
luber in memore incredulis Hæbreis;

& Rex Assuerus cum Regina Exter.
In facie Templi, & alto locula-
mento eminent Imago Virginis ænea
ad instar à Luca efformatæ.

Ante fores Ecclesiæ Xisti V. Pon-
tificis Maximi simulacrum cernitur
in basi præalta, & insigni affabrè
elaborata.

In his fusilibus, cœlatisque artifi-
cijs operam comendauere Hierony-
mus de Lambarbis Venetus cū

Iacobo, & Antonio filijs,

Tiburtius Verzellus

Camertinus, &

Antonius,

ac

Sebastianis de Calcaneis

fratres Recine-

tenses &c.

*Alma Domus Lauretana ligu-
stico lapide conuestita.*

Cap. XVI.

INter Romanos Pontifices, qui-
bus exornandæ Lauretanæ Do-
mus amor, & studium fuit.
Iulius II. nemini secundus singularem
animi sui deuotionem erga Beatissi-
mam Virginem regali propemodum
magnificencia testatus est. Siqui-
dem nulli sumptui parcens, Iugusticos
lapides ad eam vndequaque conte-
gendam, sedulo vehi mandauit, ac
dum decreti sui executionem vrget,
ex hac mortali vita migravit.

Quocirca Leo X. pari ardore opus
captum profecutus est, quod post-
modum Clemens VII. perfecit, &
coronauit, de quo Tursellinus hæc
habet. *Mirabile nimirum, & egre-
gium cum noua hæc operum magnifi-
centia, quicquam adhuc in pari mole
adequare non potuit. Tam artificio-
sè hæc edificij moles coniuncta,
connexa, & tam affabrè exculta
fuit, vt pœnè saxa videantur ani-*

I 4 mata,

mata, quod autem in hoc opere recensetur, & videtur admirabile, ut sacri parietes velut indignati profanorum lapidum tactum, adiectum ornamentum à se recedere Diuina virtute impetrauerint, adeo ut inter utrosque peruius sit palmarij spatij aditus.

Quatuor patent latera, & pro intercolumnis marmoreæ stant tabulæ Sacris Imaginibus excultæ cum loculamentis interiectis ordine bipartito pro simulacris. In superiori parte marmoreis egregia efformatis arte Sibyllarum, qui de Christo Prophe-tauerunt, & in inferiori Prophetarum qui insuper scripserunt.

In facie Occidentali, qua patet fenestra, & erigitur Annunciationis Ara se se in conspectum affert Deiparæ Imago ab Angelo salutatæ. Inferius hinc inde minores sunt tabulæ, in quarum vna inest Beatissima Virgo ad Elisabeth, in altera cum Iosepho Bethcelemi se recensente.

Dextero in angulo extat Sibylla Libica, quæ fuit Ægyptiaca, & Prophetæ Jeremias, qui scripsit librum

vnum,

vnu
fus
rep
Per

Vir
hic

tis
nec
inte
den

but
& f

Tro
phe

byl
Pro

Ch
ade

the
Pro

unum, ac Trenos, interni animi sensus, doloris, & gemitus ad vivum representans. Alio in angulo Sibylla Persica, & Propheta Ezechias.

In Pariete Septentrionali.

Duæ insunt tabulæ cum enata Virgine, & Iosepho desponsata, hic singularis ingenij ludrica Infantis concertatio subiecta est oculis, nec non effigies pueruli vagientis inter vlnas Parentis, lepide subridentis.

Dextero in angulo Sibylla Tiburtina ex Tybure Ciuitate Italix, & Propheta Amos.

In alio Sibylla Helespontica, in Troiano agro nata Græca, & Propheta Tobias.

In intermediis loculamentis Sibylla Phrygiæ Anciræ vaticinata, & Propheta Daniel.

In Pariete Meridionali.

Duæ itidem tabulæ, in altera Christus natus, in altera Magorum adoratio conspicitur.

Dextero in angulo Sibylla Erythrea, ante excidium Troiæ, ac Propheta Zaccharias.

In alio Sibylla Delphica, quæ pa-
riter vixit ante excidium Troiæ, &
Propheta Malachias.

In intermedijs loculamentis Sibyl-
la Cumea filia Berosi Historici Chal-
dæis in Cuman Ciuitate Italiæ in Cæ-
pania habitauit, & David Rex palu-
damento amictus cum obruncato
Gigantis capite, ac inflicto vulnere,
quæ omnia tam affabrè sunt excul-
pta, vt lapide in ipso vera mortis
imago cerni videatur, qui Psalterium
composuit.

In Pariete ad Orientem.

Apparet in tabula superiori Dei-
pare transitus cum Apostolis illacry-
mantibus.

In inferiori Sanctæ Domus Trans-
lationes, vbi admirabilis est Imago
Villici, Asellum onerarium suc-
cusantem sibilo mirificè retardan-
tis.

Dextero in angulo Sybilla Samia
ex Insula Græciæ Samo, Propheta
Moises, qui libros quinque compo-
suit, & librum Iob.

In alio Sibylla Cumana in Pro-
vincia Ioniæ Græciæ, & Prophe-

ta Balahamus intonso supercilio,
velut ita percitus, egregiè expres-
sus.

Hæc moles multo ære, multo-
que sudore extracta, quantum in-
tensis oculis aspicere est, inge-
niosissimum habet delineamentum,
in quo vndecim præstantes elabo-
rauerunt Statuarij, nimirum An-
dreas Sansouinus, Franciscus San-
gallus, Raphael de Monte Lupo,
Dominicus Lamia, Nicolaus de
Periculis, Baccius Bandinellus,
Musca Florentinus, Ioannes à Por-
ta, Thomas frater Germanus, Hie-
ronymus Lambardus, & Aurelius
frater.

Duo pariter Architecti, ac tres
Sculptores.

Placuit hic Epigraphem inserere,
quæ Almae Domus historiam conti-
net paucis verbis restrictam, &
ad æternum tam prodigiosi euen-
tus monumentum in marmore in-
cisam ad latus Orientale sub tabu-
la, in qua sunt excultæ transla-
tiones.

Christiane Hospes, qui pietatis,

votiq; causa hic aduenisti, Sacram
 Lauretanam Adem vides diuinis
 Mysterijs, & miraculorum gloria
 toto Orbe terrarum venerabilem. Hic
 Sanctissima Dei Genitrix Maria in
 lucem edita. Hic ab Angelo Salutata.
 Hic aeternū Dei Verbum Caro factū est.
 Hanc Angeli primū ē Palestina in Illy-
 ricum aduexere ad Tersactum Oppidū
 anno salutis M. CC. XCI. Nicolaus IV.
 Sum. Pon. triennio post initio Ponti-
 ficatus Bonifacij VIII. in Picenū tras-
 lata prope Recinetam Urbem in huius
 collis nemore eadem Angelorum ope-
 ra collocata, vbi loco intra anni spa-
 tium ter commutato; hic postremo se-
 dem Diuinitus fixit anno ad hinc CCC.
 Ex eo tempore tantę stupendę rei
 nouitate vicinis Populis in admirationē
 commotis, tum deinceps miraculorū
 fama, longe, lateq; propagata Sancta
 hæc Domus magnam apud omnes gen-
 tes venerationem habuit, cuius parie-
 tes nullis fundamentis subnixi post
 tot seculorum etates integri, stabilesq;
 permanent.

Clemens Papa VII. illam marmoreo
 ornata circumquaque conuestiuit an-

no.
 Po.
 de
 de
 ton
 Car
 ete
 ut
 &
 ven
 à d
 cat
 &
 P.
 à R
 diu
 rit
 IV.
 beis
 bitu
 inst
 Princ
 Cæsa
 & de
 Presl

no Domini M. D. XXV. Clemens VIII.
Pontifex Maximus breuem admiran-
de traslationis historiam in hoc lapi-
de inscribi iussit anno M. D. XCV. An-
tonius Maria Gallus S. R. E. Presbyter
Cardinalis, & Episcopus Auximi San-
ctę Domus Protector faciendum cura-
uit.

Tu pie hospes Reginam Angelorum,
& Matrem gratiarum hic religiose
venerare, vt eius meritis, ac precibus
adulcissimo Filio vite auctore, & pec-
catorum veniam, & corporis salutem,
& gaudia eternam consequaris,

Pavimentum Sanctę Domus primo
a Recinetensibus structum fuit, ac a
diuturna Populi frequentia ferę at-
ritum albo lapide stratum a Xisto
IV. Pontifice Maximo; deinceps ru-
beis, albiq; lapidibus vna cum am-
bitu exteriori vsq; ad gradus extenso
instauratum ere Marię Annę Bavarie
Principissę Saurie, Archiducis Vxoris,
Cęsarisque Ferdinandi II. Matris, &
& demum iam nuper a pio in Deum
Presbytero.

*De Sanctuarij Gemmis, ornatis,
tibus, ac luminibus Deiparae
Imaginem, Sacramque Do-
mum exornantibus.*

Cap. XVII.

CLaris vndique gemmis Sacrae
Virginis Imago ita coruscat,
vt ignitis cum faculis certare
lapilli videantur.

Auream torquem adamantibus, &
vniouibus pretiosam dono dedit
Margarita Sabaudiae Infans.

Regia diademata ter orbiculata py-
ropis, Imeragdis, & adamantibus
micantia, quae Mariae Virginis, &
puelli Iesu caput exornant, sunt vo-
tina donaria Ludouici Decimi tertij
Francorum Regis cum hac inscri-
ptione.

In Maiori.

Tu caput ante meum cinxisti Vir-
go Corona.

Nunc caput ecce teget nostra Co-
rona tuum.

In

ret
ma

rut
ma
bil
rea
rin

I
vel
tex
tis
ma
ann
tis
scop
Car
I
cra
pia
gin
te I
ciur

In Minori.

Christus dedit mihi

Christo reddo Coronam.

Egregium est Recinetensium aureum diadema margaritis, & adamantibus conspicuum.

Nectunt Sacræ Imaginis Comam rotundiores vniones, egregijque adamantes à Catarina, & Margarita uobilibus ex Anglia munificè oblatis.

Duo in sinu Deiparæ monilia aurea pendent fulgentia gemmis Catinæ Principissæ Transiluanicæ.

Exornant quoque sinum gemmata vellera, torquesque mirifica intertexta pyropis, smaragdibus, amathistis, margaritis, carbunculis, & adamantibus à Principibus dono datis annexa smaragdina Cruce, quam satis venustam cum anulo simili Episcopali detulit Paulus Sfondratus Cardinalis.

Loculamentum, in quo extat Sacra Imago, exornatum fuit ab Olympia Aldobrandina, nuperq; septuaginta topatijs circumdatum ab Equite Ioâne Baptista Capra. Vndiq; aspi-
ciuntur votiua donaria Cæsarum. Re-

gum

gum, Principium, ac Dinastarum.

Præcipua est Imago aurea primonati Cæsaris Ferdinandi Tertij adamantea torque redimita.

In Argenti Angeli vlnis excipitur Infans aureus repræsentans primonatum Ludouici XII. Francorum Regis, qui Reginae Vxoris soluta vigesima secundi anni infœcunditate, Virgine intercedente Lauretana, sobolem voto expeditam obtinuit.

Puerulus aureus familiae præclaræ Cæsis Romanæ.

Alius aureus ignoti Dinastæ.

Pariterq; aureus non nullis cū simulacris Philippi Emanuellis Sabaudie D.

Argenteus Infans, qui recumbit super puluinar acu phrigio pictum, amethystis, concheis, smaragdus, pyropisq; conspersum Mætux Ducis.

Alius argenteus quarconati Electoris Ducis Bauariæ.

Gemmatus Orbiculus Leopoldi Austriaci Ferdinandi II. Germani.

Cor aureum ponderis octo, in quo ex vna parte effulget smaragdus egregius septem adamantibus, totidemq; pyropis vestigiatus, ex altera insigne

regium

reg
næ
scr
lon
Ge
I
am
bau
dei
gen
aur
ada
alij
cum
pad
scri
ma
lis
A
put
mil
Si
ac
obl

regium Francorum Regis, & Regi-
næ Viduæ, à qua donatum hac in-
scriptione.

Ludouica Henrici III. Gallia, Po-
loniæ Regis Vxor 1598.

Aurea mamilla Genuæ Doricæ
Genuensis.

Effigies aurea genu nixa regiocum
amictu, & sceptris ante pedes Sa-
baudiæ Ducis.

Effigies argentea Principis Gon-
dei e Gallia.

Angelus argenteus super basim
genu nixus, qui præ manu tenens cor
aureum totum prætiolis repletum
adamantibus, pyropis, smaragdus,
alijsq; lapillis, Deiparæ illud offert
cum Diademate supereminente, lam-
padam esse pronuntiante cum hac in-
scriptione, *semper ut ardeat*, munus
magni prætij recens Lauræ Mutinen-
sis iucissæ Viduæ.

Argentum, atque gemmatum ca-
put S. Barbaræ dono datum à Maxi-
miliano Austriaco.

Simile Sacris cū reliquijs S. Geroni,
ac Thebeorum à Bohemiæ Regina
oblatum.

Effigies

Effigies aurea Sacris cum reliquiis
Sancti Stanislai à Ladislao IV. Polo-
niæ Rege data.

Tabula argentea Lotaringiæ Du-
cis eius cum effigie genu nixa.

Consimilis Eminentissimi Peretti.

Alia Parmensis Ducis.

Argenteum Sancti Petri ghanani fi-
mulacrum voto datū à Fani Ciuitate.

Argenteæ Crates de pariete ad pa-
rietem super Aram Card. Dietrichaim.

In Camini angulis argenteæ tabule
Rauuccij Parmæ Ducis vna, filijque
Principis altera, similisque desuper
Cardinalis Facchinetti. Nitent quoque
que argentei Cancelli Eminentissimi
Magalotti.

Geniculatum itidem scabellum
argenteum Hieronymi Cardinalis
Columnæ; Ac eius Genitoris Philip-
pi Comestabilis est basis, supra quam
Mariæ Virginis statua eleuatur.

Nec non Aræ pallium marino la-
pide, achate, ac iaspide exornatum à
Magno Hetruriæ Duce Cosimo II.
dono datum.

De luminibus.

Quibus gēmis exornata sit Deipa-
ra

ra
tur
per
circ
pe l
Ang
aur
atq
lam
sē l
V
fulc
cul
cis
A
ac
Sue
ter
Gal
M
gia
T
C
V

ra Lauretanae Imago superius habetur, nunc vero aliquid dicendum superest de luminibus, quæ intra, & circa collustrant Sacellum; sunt nempe lampades, candelabra, Lichni, Angeli pensiles, aliaq; similia tam aurea, quam argentea dono data, atque dotata.

Duodecim solido ex aureo nitent lampades, quæ, ante Sacram Imaginæ lumen iugiter proferunt, videlicet.

Vna triangularis tribus ab Angelis fulcita, quercus pre manibus ramunculum habentibus, est Virbinati Ducis, eius conflata marte.

Alia quam venusta pondo septem, ac triginta Sigismundi Polonorum, Suecorumq; Regis, ingeniosa pariter sui arte manufacta.

Aliaque.

Alphosi Mutinae Ducis.

Lucis cognomento Cryqui

Gallia.

Marchionis Vadamontis Lotaringia Cardinalis.

Tiberij Pignatelli Neapolitani.

Gasparis Basadonnae Genuensis.

Victorij Lardermani Laudensis.

Fer-

Ferratis Pappacaudæ Neapolitani
Ferrantis Torris Romani.

Maceratæ Ciuitatis.

Egregia est duodecima ante Aram
pondo triginta septem cum dimidio
Venetiarum Reipublicæ.

Duo quoque aurea magni pretij
candelabra hinc inde muro fixa Ma-
riæ Magdalenæ Magni Hetruriæ Du-
cis Cosimi II. Coniugis, & Ferdinan-
di II. Cæsaris Germanæ Sororis.

*Lampades argenteas præter lichnos
viginti octo numerantur.*

Duæ præstantes Margaritæ Austria-
cæ Parmæ Ducissæ.

Duæ consimiles Iosij Ducis.

Vna Francorum Reginae Matris.

Ferdinandi Austriae Archiducis.

Parmæ Ducis.

Mutinæ Ducis.

Alia triangularis Marchionis Im-
perialis Doriæ Genuensis.

Sancti Eliæ Ducis Neapolitani.

Andree Doriæ Ducis de Turris,

Herois Tornii de Plata Sylua His-
spani.

Præsulis Vicecomitis Mediolanensis

Violantis Brancacciæ Neapolitanæ.

Alterâ

Altera triangularis Constantini Do-
rie, Ambrosij Gentilis, & Iacobi
Catanei Genuensium.

Nobilis Viri Venetorum de Fami-
lia Priuli.

Perusie Ciuitatis.

Fabriani Communitatis.

Lucretiæ Vbaldinæ Florentinæ.

Eminen. Cardinalis Flauij Ghigij.

Ante Sanctam Crucem.

Marchionis Vigliæque Genuensis.

Marchionis Vicecomitis Medib;
lanensis.

Ioannis Francisci de Afflictis.

Vincentij de Garzonis Veneti.

Marci Antonij Conuentati Ma-
ceratensis.

Octauij Montaguti Florentini.

Communitatis Sarnani.

Communitatis Montis Cassiani.

Quatuor Angelorum simulacra ad
Sacrae Imaginis latera cum faculis,
quorum duo ab Archiduce Leopoldo
aliaq; a Pernoni Duce data.

Quatuor itidem a tergo Arae ante
Sacram Imaginem a Paulo Ferdinã-
do de Ceruallis duo, ab ignoto Di-
nastæ alteraq; oblata.

In

In Ara duo alia Principis Prehen-
fis Barberini.

Sex lacertos argenteos hinc inde
muro fixos Thomas Sabaudiaë Prin-
ceps donauit.

Præcipuum est Candelabrum octua-
ginta quatuor pondo, quatuorque
& viginti minoribus circumdatum
Bauariaë familiaë Electoralis.

Circa Sacellum.

Argenteæ lampades, additis quina-
que ante Aram.

Augustissimi Sacramenti viginti
nouem computantur.

Quaternæ ante Ianuas sunt Princi-
pis Cardinalis Triuulcij Mediolanensis
Binæ Primarij Hispaniarum Ta-
bellarij.

Aliæq; Comestabilis Columnæ;

Comitis de Lemo Hispani.

Thomæ Doriaë Scarbonati Comi-
tis Genuensis.

Comitis de Turre Germano.

Poloni Principis.

Marchionis Sanctæ Crucis.

Lugdani Ciuitatis.

Firmi Ciuitatis.

Cæsaris Valuasoni præclari Vti-

(nensis
Olim.

O
M
V
A
N
P
M
Flor
C
B
L
F
B
T
V
pon
C
poli
I

Olimpiæ Aldobrandinæ Romanæ
Marchionis Littæ Mediolanensis.

Vbini Ciuitatis.

Augustini Monegliæ Genuensis.

Noceræ Ciuis.

Præclaræ Mulieris de Fideli familia

Mulieris nobilis de Montacutis

Floretinæ.

Caterinæ nobilis Mutiensis.

Bartholomæi Saluzij.

Liuiæ Grillæ Genuensis.

Familiæ Pinellæ.

Bonuifi nobilis Lucensis.

Trolij Riccij.

Vna demum centum, & quatuor
pondo Ioannis. Vaglialodid.

Canonici Limæ Ciuitatis Metro-
politaneæ in Regno Peruano.

Indiarum Occidentalium.

Cap. XVIII.

QVæ nam Almæ Domus Lauretanæ sit summa Thesauri, ex supra relatis facile dignosci potest; Non enim hoc Ærarium in numerata pecunia existimatur, sed in gemmis votisq; donarijs, Deiparæ Virgini oblatis, uti sunt margaritæ, adamantes, smaragdi, topatii, carbunculi, iaspides, aliiq; prætiosi lapilli, nec non aurea, argenteaq; vasa, Cruces, Calices, candelabra, gemmati flores, gemmateq; armillæ, selecta prætiosa supellectilia, & alia multa solido ex auro, ornamenta cristallina, corallina, atque è succino.

Calix aureus prætiosis adamantibus, & pyropis ornatus est Cælaris Ferdinandi II. duoq; Angeli solido ex auro Archiducis eius Germani fratris

Cratera vltromarino lapide ingenue manufacta, & variis gemmis exornata tribus cum Sirenibus, quæ tres Infantes labentes excipiunt do-

no missa fuit à Galliarum Rege cum
hac inscriptione.

*Vtque prole tua mundū Regina beasti,
Et Regnū, & Regē prole beare velis.*

*Henricus III. Francorum, & Poloniae
Rex Christianissimus 1584.*

Cor aureum magni ponderis, ma-
gni prætij gemmatum Henricæ Ma-
riæ Anglorum Reginae, Henrici IV.
Galliæ Regis filia pulcherrimis intus
cum Imaginibus Deiparæ Virginis
ex vna parte, sui que ipsius ex altera.
Aurea torques prætiosis adamanti-
bus conspersa cum Auro Vellere est
Philippi IV. Hispaniarum Regis, qui
deinceps misit Globum Onychinum
ad instar pyramidis centum septem,
& viginti conspersum Smaragdis a
natura productis.

Egregius est libellus solido ex au-
ro pyropis, adamantibus, Smaragdis,
& crysolitis conuestitus in tres par-
tes seiunctus cum Imaginibus egre-
giè effictis, exhibentibus Christum
Crucifixum, Deiparam contempla-
tionibus addictam, & Diuum Hiero-
nymum in Eremito orantem, munus est
Guglielmi Bauariæ Ducis, qui Lauretū

pro.

profectus, suæ Coniugis quoque nomine Crucem donavit Smaragdinam vna cum Orbiculo, in quo Christus Iesus resurgens, eiusque tumulus adamantibus, pyropis, & margaritis mira arte fabricatus, cernitur.

Cor aureum prætiosis cumulatam adamantibus, in quo duo insident oculi encausti naturaliter effecti, votum, & magni prætij donum Christianæ Sabaudia Ducissæ, & Ludouici XIII. Francorum Regis Sororis. Spectabilis est Sabaudia Ducis geminata Imago in aurea tabella quæ vulgo cognominatur Pax, regia planè, atque pyramidata. Aspiciuntur in ea Salomon Rex promens apophthegmata, Magi Infantem venerantes, & Christus è mortuis exurgens.

Columba aurea albo colore encausta, oleaginum ramum ore tenens, duobus subnixa Diadematis ingeniose manufacta pyropis, smaragdis, adamantibus, crisolitis, vnoque carbunculo conspersa, ad instar lampadis efformata, honorabile munus est Camilli Pamphili Innocentij X. Summi Pontificis Nepotis, qui simul pro

eiuf.

no-
nam
flus
ada-
ritis
tum
dent
vo-
isti-
uici
Spe-
ma-
algo
, at-
Sa-
ma-
, &
cau-
ens,
nge
dis.
car-
pa-
s est
um-
pro

eiusdem lampadis vsu, oleum balsa-
minum duobus in argenteis vasibus
misit.

Turribulum aureum cum Nauicu-
la, & cloclare ab Urbinate Duce
manu eiusdem egregiè elaboratum,
dono datum fuit, simul cum Vineâ
ea conditione, vt vina ex illa colli-
genda in missarum sacrificijs, & fide-
lium communionibus tantum adhi-
berentur.

Donaria Catarinæ Zamosckæ Po-
loni Regni Magnæ Cancellariæ, ac
Hofdraui Principissæ præstant quibus-
cunque alijs Deiparæ Lauretanæ
oblatis, sunt nempe ad vsum Missæ
indumenta holoserica, & aurea, ope-
re phrigio redimita, gemmis quam-
pluribus conuestita, sacrisque Imagi-
nibus acu mirificè adumbrata cum
Candelabris, Cruce, lampada, am-
pullis peluicula ex solido succino,
nec non linostimis, & alijs ornatibus
pro Ara.

Omnes inter huius Thesauri gem-
mas admirabilis est ad instar Nauicu-
læ margarita, in qua prodigiosè Vir-
ginis Imago expressa est, qui nam-

eam dederit, vel vnde tam egregium munus venerit, cum in piarum elemosinarum capsula prope Sanctum Caminum reperta fuerit, ignoratur.

Inest effigies argentea Adelaidæ Bauari Electoris Vxoris, & Regij Ducis Sabaudia Germanæ Sororis voto data, opus centum quinquaginta trium pondo egregiè cœlarum.

In huius Thesauri Aula extat Ara quampluribus candelabris argenteis cum Cruce, & sex peramplis funalibus exornata.

Alia votiua donaria multorum Principum, ac Dynastarum per se, vel per alios in Lauretanæ Virginis honorem, eiusque veræ Domus exornationem aduecta, singillatim hic at-
texere longum æquidem esset.

Fornix Aulæ, in qua Thesaurus seruatur, à Roncali Equite Pomerancio Sacris picturis tanta excellentia exornata est, vt calamo haud explicari queat, &c.

*De Civili Regimine, ac Edifi-
cijijs Sanctæ Domus.*

Cap. XIX.

Sanctuarij Lauretani Regimen-
ad instar Aulæ Regiæ institu-
tum, omni genere benignita-
tis, & charitatis tam in suos, quàm
in exteros excellit, vnde ex ratione
administrationis laus, & utilitas de-
riuat eximia.

Non mirum esse debet, quod tam
rectè disposita sint omnia, quippe
Summus Potifex Sanctæ Domui pro-
spiciendi studio, Patronum designa-
re solet authoritate, & vigilantia,
præstantem, quod munus, & decus
modo elucet in Cardinali Palutio,
qui de nobili Romanorum familia,
magna virtute, prudentiaque prædi-
tus, & à Clemente X. foeliciter nunc
imperante inter Nepotes adoptatus,
ad grauissima Sedis Apostolicæ ne-
gotia gerenda applicitus, Eminen-
tissimus de Alterijs cognomina-
tur. Is in Præsidentem residentem.

Ioannem Bussium Patritium Romanum doctrina, prudentia, & gubernandi peritia clarum elegit, qui pro Sacelli, ac Ciuitatis beneficio studiosè laborat, animoque indefexo excubabat, eique cœteri Administri parere debent.

Tam ampla ei facultas confertur, vt in tota Pontificia Ditione (Alma remota Vrbe) de Sanctæ Domus rebus, & Administratorum actis, ius proferre, vinculis, alijsque pœnis afficere valet eos, qui Sanctuarij Diplomata negligere audeant. Si Reus hanc ob causam, vel aliam, per quam crimen habeatur grande, in fugam se conijciat, anathematizatur, si autem veniam consequi cupit, Lauretum proficisci, & ad Ecclesiæ Valuas flexis genibus, iunctisque manibus cum facula flagrante cõmissum scelus expiare cogitur. Eadem pœna extenditur in Vectigalium Exactores, qui Edulia Lauretum inuehenda absq; pensione dimittere nolunt, id statutum est, quemadmodum Bullæ Iulij II. & Pauli V. annuunt, vt *Peregrini, & Confluentes vberius viuere possint.*

Potestate insuper Episcopali gaudet Lauretanus Præses, nam eius cum litteris Illyrici Alumni à quocunque Antistite Sacris Ordinibus initiari possunt, eiusdemque authoritate suffragante, Exules, aliique apud Curiam obnoxij, Sacellum deuotionis gratia inuisere cupientes, detineri, & vinculis astringi neutiquam valent, quæ immunitas per triduum Picenis; Exteris autem prout iter requirit, conceditur.

Quoniam vero Præses totum Regiminis onus ferre nequit, Cardinalis Patronus ei designat Iudicem, qui Locumtenens cognominatus, Ius dicit, & à Ciuiliū causarum tantum sententia ad Camerae Apostolicæ supremum Auditorem prouocare licet, illius autem mandata absque placito Cardinalis Patroni, seu Præsidis, executionem minimè Laureti sortiuntur.

Cum bona non pauca in Anconitano, Asculanoque Agro insint Santuarij Regimini, integra ei res est in vtraque Ciuitate forum cooptare, & apud illud suos Administros, & Co-

lonos criminis causa vocare va-
let.

Sub eodem Regimine tres insuper
extant Parochiales Ecclesiæ, nempe
in Auximi Ciuitate, in Oppidis Lu-
ponensi, & Monte Sancto.

Totidemque Capellaniæ, in Ec-
clesia videlicet Cathedrali Ciuitatis
Calliensis, in Templo Terræ Barchien-
sis, & penès Franciscanæ Familiæ
Patres de Obseruantia in Castro Si-
rolensi.

Quo ad *Ædificia*. Plura sunt Do-
micilia pro Sacris, laicisque Mini-
stris Lauretanae Domus, Collegia,
Xenodochia, & officinæ, nec non
Triclinia, Conclauia, Horrea, Cel-
lauinaria, Olearia, ac stabula. His
omissis, egregia est Pontificia Domus
sive Palatium regie magnificentiæ, la-
teque tripartitum per amplo cum
Atrio à Iulio II. Pont. Max. inchoa-
tum, potissima ex parte à Clemente
VII. & partim à Patrono Cardinali
Gallo extructum. Profunda subter il-
lud ad septuaginta passus in longitu-
dinem extensa, à duodecim fornici-
bus contacta, inest Cellauinaria cum
qua.

va: quadraginta, ac centum dolijs satis
 per amplis, ferroque cinctis, quorum
 npe vnum miræ magnitudinis ducentas,
 Lu: & decem sarcinas recipit, alterum,
 Ec: triplicis generis vina capit, nempe
 atis album, heluolum, & atrum. Custos
 ien: vero sinit, vt quique Peregrinorum,
 iliz & Confluentium ea delibare possit.
 Si:

Do: Supra Cellauinaria sunt horrea pro
 ini: frugibus, alijsque ruralibus concla-
 ia, uia. In ascensu ad Atrium, porticis
 n: exornatum, extant domicilia pro
 Del: Canonicis, & Beneficiarijs, Tricli-
 His: nium pro Aduenis, & Peregrinis Sa-
 us: cerdotibus, nec non Officina Aroma-
 la: taria, in qua trecena, vicenaque com-
 n: putantur vasa triplici ordine disposi-
 ta, à Duce Urbinate dono data,
 te: ac tam ingenuosè ad viuum à præ-
 ali: claro Pictore Raphaëli adumbrata,
 il: vt ferè animaræ reddantur Imagines,
 cu: quæ Veteris Codicis, & priscorum
 ci: acta Romanorum, Ouidij Nasonis
 m: Apologos, & octuaginta quatuor
 puerorum ioca exhibent. Multa
 in his vasibus sunt ita egregia, vt
 Magnus Hetturiæ Dux eorum Po-
 tiendi cupiditate flagrans, toti dem

argentea vasa æqualis ponderis se da-
turū exhibuit; Nec non Gallia Pictor
quinque horum Vasa, quatuor nem-
pe Euangelistarum, & Diui Pauli
adumbrata Imaginibus admiratus,
trium mille scutorum summato de-
monera Romana obtulit, vtraque au-
tem conditio in nubila fuit effusa.

Ex Atrio extenduntur aditus ad
Aulas, nimirum ad hospitia Princi-
pum, domiciliaque Antistitis, Præ-
sidis, & Ministrorum. Superius in
summitate extant Pœnitentiarij.

Amori mutuo tribuendum est, quod
Sanctæ Domus Regimen hospitio ex-
cipiat Principes non modo, sed Sedis
Apostolicæ Purpuratos. Istis solemn-
apparatu, ac vice prima tantum, ad
Vrbem aduentantibus, Præses siqui-
dem cum Equitatu, & curribus oc-
currit; Magistratus itidem vrbane
eos alloquitur extra Portam Ciuita-
tis, vbi turma peditum adest armis in-
structa. Et in Ecclesiæ limine à Ca-
nonicis cum Clero faustis verbis ex-
cipiuntur.

De annuis prouentibus, & sum-
ptibus Sanctæ Domus.

Cap. XX.

Encensibus, elocationibus,
frugibus, piisque liberalita-
tibus colliguntur prouentus,
qui numerata pecunia in Arcam nū-
mariam, segetibusque cuiuscunquē
generis in horrea delatis, ad vigin-
ti septem, vel octo scutorum millia
de moneta Romana supputantur.
Sumptus autem triginta octo, vel
nouem millia quandoque excedunt,
& pro rata annuatim impertiuntur.

Episcopo, qui Ecclesiæ Recine-
tensi quoque preest. Scuta argen-
tea. sc. 800

Præfidi. sc. 1200

Capitulo, & Clero nume-
ratim sc. 6310

Pœnitentiarijs, Cœnobi-
tis, & Illyrico Collegio sc. 4490

Capellanis Almæ Domus,
demptis Cœnobitis sc. 2304

Summa 15104

K 6

Cle-

328 SANCTUARIUM

Retroscripta computatio sc. 15104

Clericis vtriusque normę,
& famulantibus. sc. 810

Musici. sc. 1650

Tribuno Militum. sc. 300

Administris, & famulis. sc. 4560

Pro pane, vinoque imper-
tiēdo pro rata Capitulo, Cle-
ro, Custodibus, Musicis, Ad-
ministris, & famulis. sc. 4050

Pro inopum Sacerdotum
Triclinio, nec non pro pane,
ac vino, quo ad singulos dies
tam mane, quam vespere
xgeni subleuātur Peregrini. sc. 900

Pro Hospitali, & Officina
Aromataria. sc. 1750

Pro Sacelli, Templique ce-
ris ad quatuordecim mille li-
bellas computatis circiter. sc. 3220

Pro oleo ad vsum San-
ctuarij moduli centum quin-
quaginta, alijque centum vi-
ginti quinque ad vsum Pala-
tij, Musicorum, & Famulorū. sc. 420

Pro suppellectilium, car-
basarumqua reparatione. sc. 200

Summa 32964

Retro-

Re
P
den
Coe
trib
nibi
P
clef
stris
tur
P
cati
& C
P
P
nem
E
ner
rum
Do
deli
Per
tur
fen
bis
Bap
loa

04 Retroscripta computario sc. 32964

310 Pro lignis conflagrandis ,
550 demptis vtrique Collegio ,
300 Cœnobitis, & Hospitali at-
560 tributis, nec non pro carbo-
nibus. sc. 850

50 Pro domicilijs, quæ Ec-
clesiæ inservientibus, Mini-
stris, & famulis impertiun-
tur. sc. 750

Pro aruorum cultura, ædifi-
cationibus, instaurationibus,
& Officinis. sc. 3640

Pro Equilis frugibus sc. 280

00 Pro expensis præter ordi-
nem. sc. 150

50 Summa 38634

20 Ex his patet, sumptus superemi-
nere prouentus ultra decem scuto-
rum millia. Cœterum hanc Sacræ
Domus indigentiam reficiunt piæ fi-
delium liberalitates, quæ ad dies à
Peregrinis, & Confluentibus inferun-
tur in Arculas, in Æde Sacra exi-
20 stentes; hæ multiplici sera Occlusæ,
00 bis in anno statuta die Diui Ioannis
4 Baptistæ vigesima quarta Iunij, &
Ioannis Euangelistæ 27. Decembris

rese.

referantur, singulis vicibus peculiari
cum Diplomate Summi Antistitis ex
iam comprobata Sanctione Iulij II.
ritu publico, vt Præses cum Senatu,
Canonicis, Custodibus, Rectore Pe-
nitentiario, & Capuccinorum Guar-
diano semper interfuit, ac publicè nu-
merata pecunia à Depositario Almae
Domus asseruatur, & de mandato
Præsidis, quantum opus erit, ero-
gatur. Sicque foecunda Parens suos
alit sacros, laicosque ministros, nec
non alios mercede conductos &c.

De Vrbe, ac Regione Lauretana.

Cap. XXI.

PROPE Adriatica littora Piceno
in Agro, apricoque Colle Ita-
liæ situm est Lauretum, cuius
Regio trans Appenninum inter Hau-
ri, ac Truenti Flumina à Septemtrio-
ne ad Austrum extenditur. A Pico
Saturni filio sic dicta fuit, eo nam
Duce, Sabini Asculum commigrati,
& constituta inibi Sede, Piceni nun-
cupati

cupati sunt ; Antea vero , vt aiunt Silius Italicus , Cato , & Plinius , Pelagi Coloni dicebantur , modo autem Prouinciæ Anconitanæ Marchiæ nomen in vfu est .

Hæc Regio , vt inquit Turfellinus , satis opulenta habet agrum fertilem , omnis generis frugum copiam producentem . Alij Auctores hæc de ea scribunt , Fortunata sanè tellus , Cœli munere læta , conspicua , Terris vndique , & Oppidis frequentissima , Antiquioribus olim dirutis , scilicet Sentina , Treiana , & Numana in Agro Anconitano . Potentia in Agro Recinensi , Faleria Firmano , & Vibsalia in Ditione Maceratenfi , & in eiusdem Agro Heluia Recina .

Aliarum hodie extant rudera peruetusta , numismata , tabulæ , & Amphitætra . Reconfiores autem iam florentes Sacris Infulis decoratæ sunt Firmum , vbi cum Archiepiscopatu vigent publica studia , Asculum , Ripa , Montaltum , Septempedum , Camers , Æsium , Auximum , Fanum , Senogallia , Ancona , Recinetum , Tolentinum , & Macerata cum

Pon-

Pontificia Legatione, Publico Erario, Caesarum Foro, & litterarum vniuersitate duobus cum Collegijs, Piceni vnum, Ciuitatis alterum. Totidem sunt oppida æqualia Urbibus cum Terris, Pagis, & Vicis serè innumeris.

Inter hos fines iacet Lauretum, post Aduentum Sanctæ Domus ædificatum, cui Xistus V. Pont. Max. Ciuitatis nomen cum Antistite, atque Senatu munificè dedit. Eius ambitus, exemptis Suburbijs, sequimiliarium non excedit, cingitur vndeque muris, fossis, & propugnaculis, si autem incurfione aliquis hostili, vel bellorum turbine, seu a iniuria afficeretur (quod Deus avertat) turmæ peditum, & Equitum totius Regionis ad eius defensionem statim properant.

Duo sunt Suburbia, alterum extra Portam, Macinam nuncupatam, alterum extra Romanam, satis amplum, necdum Plebeis, & Vulgaribus hominibus, sed Ciuilibus repletum, vsque ad Cacumen montis cognomento regalis extenditur, Lau-

re.

reto
dudu
vt co
quise
melio
La
Colo
com
vnic
exci
nent
Præf
publ
amp
ueru
re a
vndi
cies
dine
gia.
ca p
exp
conc
irrig
tent
dent
dina
man

reto imminentis. In eo publica iam-
dudum aperta fuit via, & dilatata,
vt commodius rhedis, & vehiculis
quisque permeare possit, & Ciuitas
meliori aeris salubritate fruatur.

Laureti Ciues, Accolæ, atque
Coloni ad septem millia circiter
computantur. Dum autem Tumuli
vnici Templi defunctorum Corpora
excipere nequeunt, prouidus Emi-
nentissimus Protector, Vigilque
Præses iugi animi ardore vtilitatem
publicam spectantes, Cœmeterium
amplijs Indulgentijs fulcitum excita-
uerunt, quod factum breui tempo-
re ad imbres repentinos arcendos
vndique Porticu exornatum, & fa-
cies marmoreo contacta lapide or-
dine dorico, & ionico aspicitur egre-
gia. Nec eis satis est excubare publi-
ca pro vtilitate, sed Templum ipsum
expoliri, & officinam aromatariam
condecorare fecerunt. Et si fontes
irrigui Lauretano in Agro decem ex-
tent, in Templi tamen Atrium, se-
dente Pontifice Max. Paulo V. à Car-
dinali Antonio Maria Gallo Auxi-
mano Episcopo, & Sanctæ Do-
mus

mus Patrono arcuatos per Aquedu-
ctos in sumptibus centum octuaginta
sex mille scutorum ad tria ferme
milliaria Italica & cineto Lauretum
traductæ sunt aquæ, ita irrumpentes,
vt per seiunctos subterraneos meatus
affluenter decurrunt tam extra Por-
tam Romanam ad fontem, qui Vul-
go dicitur de Gallis, Equilisque San-
ctæ Domus Fonticulum, quam in
Cisternas Palatij, Collegiorum, &
Capuccinorum, ac licet sit fons vber-
rimus, inopia tamen aquarum æstiuis
aliquando diebus laborat, proinde
Sanctæ Domus Protector, & Præses
huic incommoditati occurrere cu-
pientes, ea, quæ vigent in commu-
ne bonum cælo sereno properarunt,
ita vt in montis cacumine regalis
profundè effosa terra, vberime sca-
turierunt aquæ, quæ lapsu ingenti
in peluim hætenus rudem decidunt,
donec venustus illarum sinus aperia-
tur. Nos autem Clementissima, &
impolluta Mater te deprecamur, vt
tua pietate Duce, ad fontem salutis
eternæ peruenire valeamus in sæcula
sæculorum. Amen.

F I N I S.

INDEX

RERVM.

- S**acrosancta Nazarena Domus à
 vetustis Patriarchis primum
 cohabitata, & in ea, Anna
 cum Ioachimo Viro facta hæres,
 peperit Mariam, pagina. 12
- Etate trium annorum à Parentibus
 Hierusalem perducitur, regressu il-
 linc adulta Iosepho desponsatur. 13
- Iosephus Iesu Custos, & putatiui Pa-
 ter designatus, videns suam Spon-
 sam habentem in Vtero mæret. 14
- Diabolus de Sanctissima Incarnatione
 ignarus, & quando Christum agno-
 uit. 17
- Qualis Origo Iosephi, & Nobilitas
 Mariae. 18
- Maria ab Angelo Annunciata. 20
- Qua hora. 23
- Deo grauida salutandi gratia Elisa-
 beth pergit in Montanam. 26
- Reuersa Nazarethum cogitur cum Io-
 sepho abire Betheelem. 28

Illic

236 I N D E X.

- Illic peperit Redemptorem, quem an
oportuit nasci à Virgine 29*
- Mirabilia in eius Natiuitate, & à
Magis veneratur. 31*
- Maria, & Iosephus ob Herodis imma-
nitatem in Infantes aufugiunt cum
Iesu in Egyptum, & que accide-
runt. 35*
- Post septimum annum repetunt Pa-
triam. 36*
- Iesus factus adultus sedit in medio Do-
ctorum, & ad etatem prouectus ieiun-
nat in solitudine, baptizatur, ag-
greditur predicationes, Discipulo-
rum aduocationem, & miracula
patrare capit. 38*
- A Iudæis morte Crucis damnatur. 39*
- Post eius reditum ad Cælos, que fecit
Maria. 39*
- Suæ vitæ exitum implorat à Iesu filio,
& que obtingerunt vsque anima,
corpore que euolauit ad Cælum. 40*

INDEX CAPITVLORVM.

Caput I.

Sanctuarij Lauretani Excelsæ
gloriæ, in quo multa proferuntur. pagina 46

Cap. II. Sanctæ Domus translatio
per Angelos in Illyricum. 60

Cap. III. Alma Domus è Dalmatia
in Italiam deportata, in quo non
pauca sunt aduertenda. 65

Cap. IV. De Almæ Domus Scriptori-
bus. 81

Cap. V. De loci Sanctitate, ac diu-
turna mora, quam in eo Christus,
& Virgo Mater habuit. 87

Cap. VI. Lauretanæ Virginis vberrimi
gratiarum imbres. 96

Cap. VII. De Deiparæ patrocinium in
suam Sanctam Ædem. 114

Cap. VIII. De Indulgentijs, Priuile-
gijs, ac Donarijs Romanorum Pon-
tificum. 132

Cap. IX. De Principum Virorum pe-
regrinatione ad Lauretanam
Ædem. 142

Cap. X. De Sacro Regimine Almæ
Domus. 158

Cap.

- Cap. XI. De Penitentiarijs Sanctæ
Domus Cœnobitis, & Illyrico Colle-
gio. 164
- Cap. XII. De Sacrarijs, & Missis. 171
- Cap. XIII. De quorundam largam li-
beralitatem, in Lauretanam
Ædem, ac de retributione pro Mis-
sis, & Lampadibus. 179
- Cap. XIV. Sacræ Domus qualitas, &
forma, quæ iam pridem venit, &
modo extat. 184
- Cap. XV. Sacra Domus Tholo conte-
cta, Temploque exornata. 194
- Cap. XVI. Alma Domus Lauretana,
ligustico lapide conuestita. 199
- Cap. XVII. De Sanctuarij gemmis or-
natibus, ac luminibus Deiparæ
Imaginem, Sacramque Domum
exornantibus. 206
- Cap. XVIII. De Sacro Thesaurò Lau-
retano. 216
- Cap. XIX. De Ciuili Regimine, ac
edificijs Sanctæ Domus. 221
- Cap. XX. De annuis prouentibus, &
sumptibus Sanctæ Domus. 227
- Cap. XXI. De Vrbe, ac Regione Lau-
retana. 230

7a
le.
64
71
li.
Reuerendiss. Pater Albertus Solimanus Sac.
Theo l. Mag. Anconæ Inquisitor, ex spe-
ciali mandato sibi tradito à Sac. Congreg.
S. Officij Romæ annuit, vt imprimatur.

2
is.
79
8
84
te-
94
2
99
or.
ra
2
06
14-
16
ac
21
27
14-
19
si placet Illustrissimo, & Reuerendissimo
D.D. Francisco Cino Episcop. Macerat.
Imprimatur. Gaspar Lauretanus I. V.
nec non Phyl. & Sacræ Theologiæ Do-
ctor, & Ecclesiæ Cathedralis Canonicus

Imprimatur.

Guidus Antonius Tomanus I. V. D. & Il-
lustrissimi, & Reuerendissimi D. Fran-
cisci Cini Episcopi Macerat. Vicarius
Generalis.

Bartholomæus de Amicis I. V. nec non
Phyl. ac Sacr. Theol. Doctor, Sancti
Officij Reuisor, vidit, &c. si placet Re-
uerendissimi Patri Inquisit. Anconæ,

Imprimatur.

Fr. Io: Baptista Martheius Sacræ Theologiæ
Mag. Theolog. Valuer. ac Vicarius Sancti
Officij Macerat. Ord. Prædicatorum.

*Errata, quæ aut Correctoris incuria,
aut Impressoris festinatione facta
& aduertenda hæc sunt.*

Pagina	Linea	Error	Correctio
15	9	veritas	varias
18	11	germinabit	germinabat
22	33	factis	fortis
23	11	vna	enim
30	19	floruerunt	florent
32	15	nasciturus	natus
33	19	subiecerit	subiecerat
36	1	presentionem	presentiam
44	11	amare	amore
57	25	aliæ	alia
61	19	tanta	tantæ
92	7	mater	matre
97	1	farro	ferro
97	28	stella	sellæ
99	20	polliceretur	pelliceretur
100	12	hominem,	homines
107	12	prece	precibus
115	3	prohibere	prohiberi
118	16	Galloram	Gallorum
152	23	confidet	confidit
164	21	ægeris	ægenis
167	17	Lubumia	Liburnia
179	23	Siluestrianum	Siluestrinarum
173	5	Hebdomodâ	Hebdomada
198	17	Sebastianis	Sebastianus


ia
z


io
abat


t
t
iam


ur


m
da
s

















Sancta
Margarita
domus

Th
5004